Prima regula est hec. cōditionalis dicitur bona qn̄ cōsequēs formaliter intelligit in ātecedēte. vt ista est bona si vos curritis vos mouemini. ¶ Alia regula est illa. Ois cōditionalis bona cōuertit cū ꝯn̄a que est bona ⁊ est necessaria. vt ista est bona ⁊ necessaria. Si hō currit. aīal currit. q: cōuertit cū hac ꝯn̄a que est bona. s. homo currit. ergo aīal currit. ⁊ ois ꝯditionalis que nō valet ꝯuertit cū ꝯn̄a que nō valet ⁊ est impossibilis. vt hec si deus est. hō est leo. ¶ Alia regula est ista. Ois cōditionalis bona cōuertitur cū ꝯn̄a que est bona que cōuertit cū ista ꝯn̄a deus est ergo hō est leo que nō valet. ⁊ sine termino relatiuo imediate sequēte hāc cōditionē si. tn̄ valet sicut ꝯn̄a facta ex antecedēte ⁊ ꝯsequēte eiusdē ꝯditionalis. vt si vos curritis vos mouemini. tn̄ valet sicut ista. vos curritis ergo vos mouemini. Sed si terminꝰ relatiuus immediate sequitur si. tunc ꝯsequentia non valet tantū sicut cōsequētia facta ex ātecedēte ⁊ cōsequēte. vt aliqua ppositio est. ⁊ si illa sit vera. tu es asinus.

Alia regula est ista. ad cognoscēdū qn̄ cōseqns formaliter intelligit in antecedēte fiat vna ꝯn̄a ex ātecedēte ⁊ consequēte conditionalis ⁊ si ꝯn̄a facta sit bona ⁊ formalis: tunc in cōditionali consequens erat intellectū in antecedente.

Alia regula est ista. oppositū ꝯditionalis debet dari p negationē prepositā toti. Ut oppositū istius. Si sortes currit ꝑ. currit. est hoc. nō si sortes currit. ꝑ. currit. que formaliter repugnāt. Et tūc illud equiualet vni copulatiue facte ex ātecedēte cōditionalis. ⁊ ꝯtradictorio ꝯsequētis. vt illa. Nō si vos estis hō vos estis aīal. equiualet huic. vos estis homo licet vos nō estis animal.

Alia regula est ista. a tota ꝯditionali cū suo antecedente ad ꝯsequēs eiusdē est ꝯn̄a bona. vt si ego sum homo ego sum animal. sed ego sum homo. ergo ego sum animal.

Alia regula est. a tota cōditiōali cū opposito cōsequētis ad oppositū aīitis est ꝯn̄a bona. vt si tu curris tu sedes. sed tu nō sedes. ergo tu nō curris. Et nota q aīs in ꝯditionali est illud qd̄ imediate sequit hanc notā si. siue sit prius siue sit posteriꝰ. priꝰ. vt si homo currit animal currit. posterius. vt aīal mouet si homo currit.

Alia regula est ista. quedā est ꝯditionalis bona ⁊ simpliciter. ⁊ quedā est ꝯditionalis bona vt nūc. Cōditionalis bona vt nūc. est cuius antecedēs non pōt iam esse verū. vt si vos estis londonijs vos estis homo. Bona simpliciter est talis cuius aīs nō modo pōt esse verū. nisi ꝯn̄s fuerit verū. vt si tu es hō tu es animal.

¶ De regulis omissis.

Prima regula hec est. subiectis & copulis existē tibus eisdē & predicatis variatis sm sub & supra. sine negatiōe sine distributione & sine aliqua dictione habēt: vim negatiōis vel distri butionis est ɔ̄ña bona. Sub. idē est qd inferius. Supra idē est qd superius. Vñ ista ɔ̄ña est bona. Sortes fuit albus heri. ergo sortes fuit albus. q: iste terminus albus heri est inferius ad istū terminū albus. p regulā. omne se habens p modū appositionis &c.

Alia regula. vbi in aliqua ɔ̄ña sunt plures pre= misse si ex opposito ɔ̄sequētis cū altera premissarū sequit oppositū alterius premisse tunc est ɔ̄ña bona. Ut oīs homo currit. tu es hō. ergo tu curris. q: ex opposito ɔ̄sequentis cū minore sequitur oppo= sitū maioris. q: sequit tu nō curris & tu es homo. g aliqd qd est ho= mo nō currit. Similiter ex opposito ɔ̄ñtis cū maiore sequit opposi= tū minoris. q: sequit. tu nō curris. & oīs hō currit. g tu nō es homo.

Alia regula est. Qñ subiecta aliquarū ppositi= onū sunt eadē vel ɔ̄uertibilia. & copule sūt eedē. & pdicata cōuertū= tur. & ppositiōes sunt eiusdē qualitatis & quātitatis. & termini preci se p eisdē supponūt. est ɔ̄ña bona. tā ab vno ɔ̄uertibili ad reliquū vt ista ɔ̄ña est bona. Sortes est hō. g sortes est aīal rationale & mor= tale. Sed ista ɔ̄ña nō valet. Quilibet hō est masculus. g oīs hō est masculus. q: termini precise p eisdē nō supponūt. ¶ Nota q termi ni dicūtur cōuertibiles qñ mutuo se inferūt respectu cuiuscūq: vbi.

Alia regula est. De qualibet re singulari i mū= do dicit alterū cōtradictorioꝝ incōplexoꝝ. et de nulla re dicunt ambo q: nulla res est in mūdo que simul est hō & non hō. Contradictoria cōplexa sunt ppositiones cōtradicētes. vt qdam hō currit. & nullus homo currit. Et cōtradictoria incōplexa sunt termini ɔ̄tradicentes vt homo nō homo. Unde de qualibet re in mūdo dicit vnū istoꝝ in complexoꝝ. & de nulla re dicūtur ambo. scz homo & nō homo. q: oīs res in mūdo aut est homo aut nō homo. Et de nulla re dicunt am= bo q: nulla res est in mundo que simul est homo & nō homo.

Alia regula est ista. In oī ɔ̄ña bona & formali qñ arguitur ab inferiori ad suū superius. tūc ad alietatē ɔ̄sequētis sequit alietas ātecedētis. vt hō currit. ergo aīal currit. vñ. bene seq= tur. aliud ab animali currit. ergo aliud ab hoīe currit. ¶ Sed cōtra istā regulā arguitur sic. Ista ɔ̄ña est bona. homo est homo. g homo est animal. & tñ non sequit econtra aliud ab hoīe est aīal. g aliud ab hoīe est homo. ¶ Ad hoc dicendū est. q ille terminus aliud in an= tecedēte. debet imediate precedere terminū inferiorē & superiorē et sed sic nō est in pposito. ideo non arguitur sm regulam. Obiectio. Responsio.

Alia r̄la ē ista ad quācūq: ppōnē verā seqt suū

dictū fore verū. omne enī dictū ꝓpositiōis debet dari. vertendo no nominatiuū in accusatiuū ⁊ verbū indicatiuū in verbū infinitiuum vel preponendo istā coniunctionē ꝙ toti. Vñ sequitur deus est. est verū. ergo deū esse est verū. vel ꝙ deus est. est verū.

Alia regula est. In singularib⁹ nō refert ppo nere vel postponere negationē ad dādū cōtradictoriū Ut sortes cur rit. cōtradictoriū eius est hec. nō sortes currit. vel sortes nō currit.

Alia regula est illa. ab affirmatiua de predica to infinito ad negatiuā de predicato finito ē ꝯña bona. vt vos estis nō azinus ergo vos nō estis azinus. ¶ Sed ista regula habet intel ligi in terminis rectis cū verbo de presenti nō ampliatiuo cū verbo substantiuo ⁊ nō adiectiuo. vt sequitur formaliter. tu es nō homo er go tu nō es hō. Sed nō tenet in verbis adiectiuis. vt tu amas non hominē ergo tu nō amas hominē. Exēplū de preterito. vt tu fuisti nō iustus ergo tu nō fuisti iustus. q: añs potest esse verū ⁊ ꝯñs fal sum posito ꝙ in aliquo tpe fuisti iustus. et in aliquo tpe nō. tūc añs est verū ⁊ ꝯñs falsum. ꝙ nō fuisti iustus. q: equiualet huic. in nullo tēpore ante hoc fuisti iustus. Nec cū verbo de futuro. ꝓpter eādē rationem. Exemplum in terminis relatiuis. Ut non sequitur. Sor tes est nō pater ergo sortes nō est pater.

Alia regula est ista. a negatiua de predicato fini to ad affirmatiuā de predicato infinito cū constantia subiecti est cō sequentia bona. Ut tu nō es albus. ⁊ tu es. ergo tu es nō albus. In plurali numero non valet. nec in obliquis. vt in ista domo tu nō es homo. ⁊ tu es. ergo in illa domo tu es nō homo.

Alia regula est ab affirmatiua de predicato pri uato ad negatiuam de predicato finito est ꝯña bona. Ut tu es iniu st⁹ ergo tu non es iustus.

Alia regula. Nomina ⁊ verba transposita idē significant. Ut homo est aial. ergo aial est homo. ¶ Sed contra istā regulā arguitur sic. Si illa sit vera. sequit ꝙ ista ꝯña est bona. Ois hō est aial ergo omne aial est homo. ⁊ tñ cō sequēs est falsuꝫ. ergo ⁊c̄. ¶ Huic dr̄ ꝙ ꝯuis dicti eandē rē significat in vna ꝓpositiōe sicut in alia nō tñ ꝓpositiōes eodē modo significāt quia in transmutatiōe terminorū multū variātur significatiōes ꝓpositionū.

Alia regula ē a diuisis ad ꝯiūcta raro tenꝫ ꝯña Ut tu es bon⁹. ⁊ tu es carpentari⁹. ergo tu es bonus carpētarius.

Alia regula est ista ois ꝓpositio vera de pterito non est vniuersalis de simplici subiecto ⁊ de simplici predicato. cu ius veritas non depēdet a futuro. est necessaria. Ut tu fuisti.

Alia regula est ista Ois ꝓpositio verā de p̄tere-
rito relinquit vnā verā de p̄nti. Ut si hec sit vera. tu sedisti/aliquā do
erat verū dicere tu sedes. Eodē modo de futuro. vt si hec sit vera tu
sedebis aliqñ erit verū dicere tu sedes.

Alia regula/Qñ arguitur ab inferiori ad supe
rius a parte predicati cū hoc verbo incipit vel desinit ꝑposito. nō va
let ꝯña. sed aliqñ tenet gratia terminoꝝ in substātialib⁹. Ut Sortes
incipit esse hō ergo Sortes incipit esse aīal. sed nō sequit. vos inci
pitis videre hominē. ergo vos incipitis videre animal. q2 hoc p̄di
catū incipiēs videre aīal. est termin⁹ accidētalis et sīlr incipiēs vi
dere hoīem. Sed ab inferiori ad suū supius a p̄te subiecti cū hoc
verbo incipit vel desinit postposito. est consequētia bona. Ut homo
incipit currere. ergo animal incipit currere.

Alia regula est ista/ in necessariis nō refert an-
nūciare vniuersaliter. Ut homo est aīal. ergo oīs homo ē animal. ꝛ
ecōtra. omnis homo est animal. ergo homo est animal.

¶ De suppositionibus

Quoniā ignorātes suppositiōes termino
rū veritates ꝓpositionū latēt/ideo circa
suppositiones plura oportet scire. Primo qd sit suppositio. Scdo qui
termini supponūt et q̄ nō. Tertio vbi supponūt et vbi nō. ¶ Et sciē
dū est ꝙ null⁹ termin⁹ extra orationē pōt supponere s3 solū in oratio De tertio
ne. vt iste termin⁹ hō extra orationē nō supponit s3 solū in orone. vt
hō currit. ¶ Et sciēdū ē ꝙ null⁹ termin⁹ supponit nisi subiectū ꝛ p̄
dicatū. signū vniuersale nō supponit s3 facit subiectū ꝛ p̄dicatū sup De secundo
ponere. ꝛ sic facit ista dictio nō ꝛ alie negatiōes. ꝛ differt aliud nona
idē. cōparatiu⁹ grad⁹ superlatiuus et termini modales.

Et sciēdū est ꝙ nulla pars extremi supponit s3
toti extremo detur suppositio. ¶ Suppositio ē quedā ꝓprietas ex
tremi ad extremū secundū quod vnū extremū ordinat ad aliud. Uel est De primo
signatio termini categeromatici positi in orone. vel suppositio ē ꝯtus
et ꝓprietas in termino categeromatico posito in orone et sunt termi
ni categeromatici oīa noīa aliquid ꝑ se significātia. vt homo. signū
lapis. ꝛ sīlia. ¶ Et extrema in ꝓpositione sunt subiectū ꝛ p̄dicatū.

Terminus syncategeromaticus est ille q̄ per se
positus nihil sig̃t. vt dictiōes negatiue. signa vniuersalia ꝛ aduerbia
numeralia. vt semel. bis. ter. quater. ¶ Itē arguēdo ab inferiori ad
suum supius in ptibus extremoꝝ nō valet ꝯña. ꝛ arguit ab inferio
ri ad suū supius in ptib⁹ extremorū qñ vna ps in aīte est infer⁹ ad
aliā partē in ꝯñte ꝛ nō totū subiectū in aīte est infer⁹ ad totū sub

secū̄ in pte, vt sortes albus currit. ergo. ꝓ. coloratus currit.

Nota ꝙ suppositio ē duplex scȝ ꝓpria ꝛ impropria. Suppō impropria ē qñ dictio sigt aliter ex cōi vsu loquētiū ꝙ̄ ex pri̅maria institutiōe. vt anglia pugnat. bibo cyphū. ¶ Suppositio ꝓpria ē qñ terminꝰ supponit ꝓ illa re in ꝓpōne ꝙ̄ sigt extra ꝓpōnē; et ẟ: triplex scȝ materialis. simplex. ꝑsonalis. Suppō materialis ē qñ dictio supponit ꝓ sola voce ꝛ nō ꝓ suo sig̅to. vt amo ē verbū. ego est ꝓnomē. ¶ Suppositio simplex ē qñ terminꝰ cōis supponit pro quadā natura cōi vł quodā cōceptu in aīa ꝑ quē ꝯprehēdimꝰ rē extra aīam. vt hō ē spēs. aīal ē genus. ¶ Suppō ꝑsonalis ē qñ terminus supponit ꝓ suo sig̅to. vt hō ē aīal. ¶ Suppō ꝑsonalis ẟ: dupliciꝫ scȝ discreta et cōis. ¶ Discreta ē qñ terminus discretus supponit ꝑ se. vel ꝓnomē demōstratiuū. vt sortes currit vel iste currit. Et illa ẟ: dupliciꝫ scȝ discreta simplex ꝛ discreta cōposita. ¶ Suppositio discreta simplex est in terīo discreto simplici vt in hoc terīo. S. vt hic sortes currit. plato currit. ¶ Suppositio discreta cōposita est ꝓprietas in terīo discreto cōposito vt hic sortes albꝰ currit. ¶ Suppositio cōis ē qñ terminꝰ cōis supponit. ꝛ ẟ: duplr. scȝ suppō determīata ꝛ suppō cōfusa. ¶ Suppō determīata ē qñ terminꝰ cōis supponit ꝓ suis suppositis. l. inferioribꝰ ꝛ ad q̄libet eoꝝ cōtingit descēdere disiunctiue ꝛ nō copulatiue: vt qdā homo currit. ġ ille vł illa. vel ille vel illa. ꝛ sic de singulis. ¶ Suppō cōfusa ẟ: duplr. s. cōfusa ꝛ distributiua ꝛ cōfusa tm̄. ¶ Cōfusa et distributiua ē qñ terminꝰ cōis supponit ꝓ suis suppositis. et ad q̄libet eoꝝ cōtingit descendere copulatiue. vt oīs hō currit. ġ ille et illa: et sic de singulis.

Et sciēdū ꝙ terminus syncathegoromaticus affirmatiuus siue signū vniuersale affirmatiuū facit terminū immediate sequētē stare cōfuse ꝛ distributiue et oīs terminꝰ cōis mediate sequēs signū categoromaticū siue signū vniuersale affirmatiuū stat cōfusa tm̄. ¶ Suppō cōfusa tm̄ qñ terminꝰ supponit ꝓ suis suppositis ꝛ nō pōt descendere ad ea nec copulatiue nec disiunctiue ꝛ sic stat p̄dicatū huiꝰ ꝓpōis oīs hō currit. ġ oīs hō ē hoc currēs: et hoc neq; hoc currens vel hoc et sic de singulis.

¶ Suppositio diuiditur sic.

Impropria. — Simplex.
Materialis. — Discreta.
Propria — simplex — Composita.
Personalis. — Determīata.
Cōmunis. — Distributiua.
Confusa.
Confusa tantum.

Et sciendū q̄ syncathegreumatica sunt dictiões numerum vel multitudinē significātes. vt signa vniuersalia et aduerbia numeralia. vt semel. bis. ter. quater. Unde in illa ppositiōe bis comedi panē. iste terminꝰ panē stat confuse tm̄. q: nō conuenit descēdere ad sua singularia nec copulatiue nec disiunctiue. q: nō sequit̄ bis comedi panē. ergo bis comedi istū et illū: et sic de singulis. sed in ista ppōne bis panē comedi. ly panē stat cōfuse et distributiue. q: immediate sequit̄ signū sincathegreumaticū. et sic ppō est falsa. q: sequit̄ bis panē comedi. ergo bis istū panē comedi et istū et sic de singulis.

Alia regula ē ista. q̄n duo paria officialia cadūt super vnū terminū cōmunē quoꝝ vtrūq̄ hꝫ vim cōfundendi terminū esse ille terminus stabit cōfuse tm̄ vel determinate. vt vos differtis ab omni homine. ly hoīe stat cōfuse tm̄. ¶ Alia regula est ista. terminus cōis vel discretus supponēs verbo de pn̄ti nō ampliatiuo a pte subiecti supponit solūmodo p̄ istis que sunt vt ille hō currit. sic supponit homo q̄ est currit. ¶ Itē terminꝰ cōis vel discretus supponēs verbo de p̄terito a pte subiecti si nō distribuat̄ supponit disiunctiue p̄ illo qd ē vel p̄ illo qd fuit. vt hō fuit rome. sic supponit. hō q̄ ē fuit rome. vel hō q̄ fuit fuit rome. et si distribuat̄ supponit copulatiue p̄ illo qd ē et p̄ illo qd fuit. vt oīs hō fuit rome. sic supponit: oīs hō q̄ ē fuit rome et oīs hō q̄ fuit fuit rome. ¶ Itē terminus cōis vel discretꝰ supponēs verbo de futuro a pte subiecti si nō distribuat̄ suppōit disiunctiue p̄ illo qd ē vl̄ p̄ illo qd erit. vt homo erit rome. sic supponit. hō q̄ ē erit rome. vel hō q̄ erit erit rome: et si distribuat̄ supponit copulatiue p̄ illo qd ē et p̄ illo quod erit. vt omnis homo erit rome: sic supponit. omnis homo qui est erit rome et oīs homo qui erit erit rome.

Item terminus cōis supponēs huic verbo. pōt a parte subiecti si nō distribuatur supponit disiunctiue p̄ illo qd est vel pro illo qd pōt esse vt aliquis homo pōt esse rome. sic supponit aliquis homo q̄ est potest esse rome. vel aliquis homo qui pōt esse potest esse rome. et si distribuat̄ supponit copulatiue. vt omnis homo potest esse rome. sic supponit. omnis homo qui est potest esse rome. et omnis homo qui potest esse potest esse rome. et sic dicendū est de istis verbis incipit et desinit. ¶ Et notandū q̄ verbum ampliatiuum sunt omnia verba de preterito et futuro sed maxime ista verba. incipit desinit. potest et apparet. Et verbum ampliatiuum est illud quod ponitur in aliqua ppositione vera et affirmatiua in qua predicatū predicat̄ de subiecto significāte rē nō existentē vel existentē. Exēplū de termino significāte rē nō existentē. vt antixp̄s pōt p̄dicare. Exēplū de termino significāte rē existentē. vt hō pōt currere. ¶ Terminꝰ cōis supponēs a pte subiecti si nō distribuat̄ suppōit respectu verbi ampliatiui

ꝓ illis q̃ sunt ⁊ ꝓ q̃bus verbũ ampliat disiunctiue. ⁊ si distribuatur tunc supponit ꝓ illis q̃ sunt ⁊ ꝓ q̃bus verbũ ampliat copulatiue.

¶ Nota q̄ ĩ omni vniuersali affirmatiua subiectũ supponit cõfuse ⁊ distributiue ⁊ predicatũ cõfuse tm̃. vt omnis hõ est aĩal. ¶ Item in oĩ vniuersali negatiua tam subiectũ q̃ p̃dicatum supponit ꝯfuse ⁊ distributiue. vt nullus homo currit. ergo nec ille nec illa. ⁊ sic de singulis. ¶ Et nota q̄ sicut hec dictio ⁊ est copulatiua in affirmatiuis. ita hec dictio nec est copulatiua ĩ negatiuis. ¶ Itẽ in oĩ p̃ticulari affirmatiua tã subiectũ q̃ predicatũ supponũt determinate. vt q̃dam homo est aĩal. ergo ille hõ est aĩal vel ille. ⁊ sic de singulis. ¶ Item in oĩ p̃ticulari negatiua subiectũ supponit determinate ⁊ predicatũ cõfuse ⁊ distributiue. vñ sequitur. q̃dã homo nõ est aĩal. ḡ q̃dam homo nõ est hoc aĩal nec hoc. ⁊ sic de singulis. ¶ Itẽ in indefinitis tã affirmatiua q̃ negatiua subiecta ⁊ p̃dicata supponũt sicut ĩ p̃ticulari affirmatiua ⁊ ĩ p̃ticulari negatiua.

¶ Itẽ in oĩ singulari affirmatiua si predicatũ sit terminus discretus vel ꝓnomen demonstratiuũ tam subiectũ q̃ predicatũ supponũt discrete. sed si predicatum fuerit terminus cõis tũc stat determinate ⁊ subiectũ discrete. vnde sequitur. Wilhelm⁹ est aĩal. ḡ Wilhelmus est hoc aĩal. vel hoc. ⁊ sic de singulis. ¶ Item in omni singulari negatiua si predicatũ sit termin⁹ cõis subiectũ supponit discrete ⁊ predicatũ confuse ⁊ distributiue. vt Wilhelmus nõ est homo. sed si predicatũ sit discretus tunc discrete supponit.

A subiec. con. dis. pre. con. tantũ stare debet.
E subiec. ⁊ pre. stant confu. distributiue.
I subiec. ⁊ pre. sibi stant determinate.
O subiec. deter. pre. con. stat distributiue.
Sin. sub supponit semper discrete. q3. deter.
Pre. si cõe si non discre. tenecatur.
Sin. ne. cõe. pre. confu. distributiue.
Si sit discretus discrete semper habetur.

¶ A significat vniuersalẽ affirmatiuã. E vniuersalẽ negatiuã. I p̃ticularẽ affirmatiuã. O p̃ticularẽ negatiuã. Sin. i. singularem affirmatiuã. Sin. ne. i. singularẽ negatiuã. Subiec. i. subiectũ. Cõ. dis. i. ꝯfuse ⁊ distributiue. Pre. i. p̃dicatũ. de. i. d[e]terminate. cõ. i. ꝯfuse tm̃.

Sequitur de dictionibus q̃ habẽt vim cõfundẽdi terminos / ⁊ tales sũt multe: sc3 oĩa signa vniuersalia. ⁊ ista dictio nõ. ⁊ hoc verbum differt / aliud / et nõ idem. ⁊ hec dictio sicut. q̃ cõparatiuus ⁊ suplatiuus dictiones exclusiue ⁊ exceptiue signa modalia incipit desinit. ⁊ oẽs dictiões habentes vim negationis. ¶ Confundere terminũ dicitur dupliciter sc3 mobiliter ⁊ imobiliter. Confundere terminũ mobiliter est

facere terminū stare cōfuse ꝛ distributiue sic ꝙ cōuenit cū descēdere ad sua singularia copulatiue. ꝛ sic supponit subiectū hui⁹ ꝓpōnis. oīs hō currit. virtute isti⁹ signi oīs. q: sequitur. oīs hō currit. ergo ille hō currit ꝛ ille ꝛ illa. ꝛ sic de singulis. Silr vos differtis ab hoie. ille est hō. ergo vos differtis ab isto hoie. q: a termio stāte ꝯfuse ꝛ distributiue ad aliqḋ ei⁹ suppositū cū debito medio est ꝯña bona. et ꝯfūdere termīm imobiliter est facere termīm stare ꝯfuse tm̄ sic ꝙ nō cōuenit cū descēdere ad sua singularia nec copulatiue nec disiūctiue. ꝛ sic supponit ꝑdicatū isti⁹ ꝓpōnis. oīs hō est aīal. ꝛ sic nō sequit oīs hō est aīal. ergo oīs hō est hoc aīal ꝛ hoc nec hoc vel hoc. ꝛ sic de singulis. Et nota ꝙ qñ aliqs termin⁹ supponit ꝯfuse ꝛ distributiue rōne alicui⁹ dictōis. dēpta dictiōe virtute cui⁹ sic suppōit tūc stabit determiate. Et ē stare determiate qñ termin⁹ sic supponit ꝛ pōt descēdere ad sua supposita disiūctiue. vt hō currit. ergo ille vel illa. ꝛ sic de singul. Alia rēa ē ista a termio stāte imobilitant ad termīm stāte mobilit. nō valet ꝯña. vt vos differtis ab oī hoie. ergo vos differtis ab hoie.

Alia regula est ista. ab inferiori ad suū superi⁹ cū aliqua istarū dictionū imediate ꝑcedentiū termīm inferiorē ꝛ superiorē nō ꝛ ꝯña. vt vos differtis ab illo hoie. ergo vos differtis ab hoie. Sed a superiori ad suū inferius cū ꝯstantia subiecti est ꝯña bona. vt vos differtis ab hoie. ille est hō. ergo vos differtis ab illo hoie. ¶ Alia regula est ista. qcqd imobilitat mobilitatū mobilitat imobilitatū. i. qñ aliqs termin⁹ ꝑ suā appositionē facit terminū stare determiate vel cōfuse tm̄. q prius stetit cōfuse ꝛ distributiue. tūc ille termin⁹ ꝑ suā remotionē facit eū stare cōfuse ꝛ distributiue. vt in ista ꝓpōne nō oīs homo currit. iste termin⁹ hō ꝑ suā suppositionē supponit determinate ꝓpter istū terminū nō. ꝛ si remouet iste termin⁹ nō. tūc supponit confuse ꝛ distributiue. ꝛ sic de cōsimilibus terminis.

¶ De resolubilibus.

Terminus in quem resoluitur propositio vt in subiectum ꝛ predicatū ꝛ de quo predicatur composito vel diuisio esse vel non esse.

¶ Terminus est illud in qḋ diuidit ꝓpō. vt in subiectū ꝛ predicatū siue ꝓpō sit affirmatiua siue negatiua. ꝛ sic subiectū ꝛ predicatū dicunt termini ꝛ copula. Nā predicatū dupliciter accipit. vno modo ꝓ toto illo qḋ predicat de subiecto. ꝛ sic verbū est predicatū vel pars predicati. Alio modo ꝓ toto illo qḋ specificat copulā. ꝛ sic dicitur ꝑdicatū nrūs apponēs. vt ait Boecius in pmo topicoꝝ. cap. ii. Terminos aūt voco noīa ꝛ verba ex qbus ꝓpositio annectitur.

Duplex est terminus. Mediatus ꝛ imediatus Duplex est terminus.

¶ Terminus mediatus est ille terminus q hꝫ aliqḋ mediū ꝑ qḋ

ꝓ illis q̄ sunt ꝛ ꝓ q̄bus verbū ampliat disiunctiue. ꝛ si distribuatur tunc supponit ꝓ illis q̄ sunt ꝛ ꝓ q̄bus verbū ampliat copulatiue.

¶ Nota ꝙ i omni vniuersali affirmatiua subiectū supponit cōfuse ꝛ distributiue ꝛ predicatū cōfuse tm̄. vt omīs hō est aīal. ¶ Item in oi vniuersali negatiua tam subiectū ꝙ p̄dicatum supponūt ꝯfuse ꝛ distributiue. vt nullus homo currit. ergo nec ille nec illa. ꝛ sic de singulis. ¶ Et nota ꝙ sicut hec dictio ꝛ est copulatiua in affirmatiuis. ita hec dictio nec est copulatiua i negatiuis. ¶ Itē in oi ꝑticulari affirmatiua tā subiectū ꝙ predicatū supponūt determinate. vt q̄dam homo est aīal. ergo ille hō est aīal vel ille. ꝛ sic de singulis. ¶ Item in oi ꝑticulari negatiua subiectū supponit determinate ꝛ predicatū cōfuse ꝛ distributiue. vñ sequitur. q̄dā homo nō est aīal. ģ q̄dam homo nō est hoc aīal nec hoc. ꝛ sic de singulis. ¶ Itē in indefinita tā affirmatiua ꝙ negatiua subiecta ꝛ p̄dicata supponūt sicut i ꝑticulari affirmatiua ꝛ i ꝑticulari negatiua.

¶ Itē in oi singulari affirmatiua si predicatū sit terminus discretus vel ꝓnomen demonstratiuū tam subiectū ꝙ predicatū supponūt discrete. sed si predicatum fuerit terminus cōis tūc stat determinate ꝛ subiectū discrete. vndē sequitur. Wilhelm⁹ est aīal. ģ Wilhelmus est hoc aīal. vel hoc. ꝛ sic de singulis. ¶ Item in omni singulari negatiua si predicatū sit termin⁹ cōis subiectū supponit discrete ꝛ predicatū confuse ꝛ distributiue. vt Wilhelmus nō est homo. sed si predicatū sit discretus tunc discrete supponit.

A subiec. con. dis. pre. con. tantū stare debet.
E subiec. ꝛ pre. stant confu. distributiue.
I subiec. ꝛ pre. tibi stant determinate.
O subiec. deter. pre. con. stat distributiue.
Sin. sub supponit semper discrete. q̄z. deter.
Pre. si cōe si non discre. tenetur.
Sin. ne. cōe. pre. confu. distributiue.
Si sit discretus discrete semper habetur.

¶ A significat vniuersalē affirmatiuā. E vniuersalē negatiuā. I ꝑticularē affirmatiuā. O ꝑticularē negatiuā. Sin. i. singularem affirmatiuā. Sin. ne. i. singularē negatiuā. Subiec. i. subiectū. Cō. dis. i. ꝯfuse ꝛ distributiue. Pre. i. p̄dicatū. de. i. dtminate. cō. i. ꝯfuse tm̄.

Sequitur de dictionibus q̄ habēt vim cōfundēdi terminos/ ꝛ tales sūt multe: scz oīa signa vniuersalia. ꝛ ista dictio nō. ꝛ hoc verbum differt/ aliud/ et nōidem. ꝛ hec dictio sicut. ꝙ cōparatiuū ꝛ suꝑlatiuus dictiones exclusiue ꝛ exceptiue signa modalia incipit desinit. ꝛ oēs dictiōes habentes vīm negationis. ¶ Confundere terminū dicitur dupliciter scz mobilitanter ꝛ imobiliter. Confundere terminū mobilitāter est

facere terminū stare cōfuse ꝛ distributiue sic ꝙ cōuenit cū descēdere ad sua singularia copulatiue. ꝛ sic supponit subiectū hui⁹ ꝓpōnis. oīs hō currit. virtute isti⁹ signi oīs. q2 sequitur. oīs hō currit. ergo ille hō currit ꝛ ille ꝛ illa. ꝛ sic de singulis. Silr vos differtis ab hoīe. ille est hō. ergo vos differtis ab isto hoīe. q2 a termīo stāte ꝯfuse ꝛ distributiue ad aliqđ ei⁹ suppositū cū debito medio est ꝯña bona. et ꝯfūdere terim imobiliter est facere terim stare ꝯfuse tm̄ sic ꝙ nō cōuenit cū descēdere ad sua singularia nec copulatiue nec disiūctiue. ꝛ sic supponit ꝑdicatū isti⁹ ꝓpōnis. oīs hō est aīal. ꝛ sic nō sequit oīs hō est aīal. ergo oīs hō est hoc aīal ꝛ hoc neqȝ hoc vel hoc. ꝛ sic de singulis. Et nota ꝙ qñ aliqs termin⁹ supponit ꝯfuse ꝛ distributiue rōne alicui⁹ dictōīs. dēpta dictiōe virtute cui⁹ sic suppōit tūc stabit determiate. Et ē stare determiate qñ termin⁹ sic supponit ꝛ ꝑt descēdere ad sua supposita disiūctiue. vt hō currit. ergo ille vł illa. ꝛ sic de singul. Alia rła ē ista a termio stāte imobilitante ad terim stāte mobilit. nō valet ꝯña. vt vos differtis ab oī hoīe. ergo vos differtis ab hoīe.

Alia regula est ista. ab inferiori ad suū superi⁹ cū aliqua istarꝫ dictionū imediate ꝑcedentiū terim inferior ē ꝛ superiorē nō vꝫ ꝯña. vt vos differtis ab illo hoīe. ergo vos differtis ab hoīe Sed a supiori ad suū inferius cū ꝯstantia subiecti est ꝯña bona. vt vos differtis ab hoīe. ille est hō. ergo vos differtis ab illo hoīe. ¶ Alia regula est ista. qcqd imobilitat mobilitatū mobilitat imobilitatū. i. qñ aliqs termin⁹ ꝑ suā appositionē facit terminū stare determiate vel cōfuse tm̄. q prius stetit cōfuse ꝛ distributiue. tūc ille termin⁹ ꝑ suā remotionē facit eū stare cōfuse ꝛ distributiue. vt in ista ꝓpōne nō oīs homo currit. iste termin⁹ hō ꝑ suā suppositionē supponit determinate ꝓpter istū terminū nō. ꝛ si remouet iste termin⁹ nō. tūc supponit confuse ꝛ distributiue. ꝛ sic de cōsimilibus terminis.

¶ De resolubilibus.

TErminus in quem resoluitur propositio vt in subiectum ꝛ predicatū ꝛ de quo predicatur composito vel diuisio esse vel non esse.

¶ Terminus est illud in qđ diuidit ꝓpō. vt in subiectū ꝛ predicatū siue ꝓpō sit affirmatiua siue negatiua. ꝛ sic subiectū ꝛ predicatū dicunt termini ꝛ copula. Nā predicatū dupliciter accipit. vno modo ꝓ toto illo qđ predicat de subiecto. ꝛ sic verbū est predicatū vel pars predicati. Alio modo ꝓ toto illo qđ specificat copulā. ꝛ sic dicitur ꝑdicatū nrūs apponēs. vt ait Boetius in pmo topicorꝫ. cap. ii. Terminos autē voco noīa ꝛ verba ex qbus ꝓpositio annectitur.

Duplex est terminus. Mediatus ꝛ imediatus

¶ Terminus mediatus est ille terminus q hꝫ aliqđ mediū ꝑ qđ

Duplex est terminus.

potest ꝓbari.s.terminū supiorē vł inferiorē. Terminus imediatus est ille terminus ꝗ nō hȝ aliqđ medium ꝑ qđ potest ꝓbari. Et hoc dupliciter. Primo modo dr terminꝰ imediatꝰ qꝛ nō hȝ mediū infe rius ꝑ qđ potest ꝓbari. ꝛ sic sunt oīa ꝓnoīa demonstratiua in singu lari numero. ꝛ oēs termini discreti. ꝛ discrete tenti. ꝛ aduerbia nu= meralia. Itē aliqñ terminus discretus pōt impropꝛie resolui. vt ro bertus sedet. hoc sedet. ꝛ hoc est robertus. ꝗ robertꝰ sedet. Sed ꝓ nomē nō pōt resolui neqȝ ꝓpꝛie neqȝ impropꝛie. qꝛ ꝓnomē est sim= plicius noīe. eo ꝙ significat substātiā merā ꝛ nō substantiā cū qua= litate. ¶ Alio mō dr terminꝰ imediatus. qꝛ nō hȝ mediū supꝛius ꝑ qđ pōt ꝓbari. Et illo mō verba substantiua sunt termini imediati: qꝛ nō habēt mediū supꝛius ꝑ qđ possūt ꝓbari. vt sum es fui. Vñ oīs ꝓpō in q̄ oēs termini sunt imediati. dr ꝓpō imediata que dȝ ꝓba= ri ꝑ sensum vel ꝑ itellectū. Vt ille homo est sortes. sic ꝓbat. ego scio vel intelligo ꝙ ille homo est sortes. ergo ille homo est sortes.

Terminꝰ me diatus est tri plex.

Terminus mediatus est triplex. scȝ aliquis est resolubilis. aliqͥs exponibilis. ꝛ aliqͥs officialis.

¶ Terminus resolubilis est oīs terminus supponēs determinate que sunt noīa appellatiua ꝛ noīa adiectiua in neutro genere substā tiuata. ꝛ oīs ꝓpō cuius pꝛimus terminus mediatꝰ est terminꝰ re= solubilis dr ꝓpō resolubilis. que hȝ resolui ꝑ duas resoluētes. isto modo. dematur terminꝰ resolubilis. ꝛ in loco eius ponat hoc ꝓno men demōstratiuū hoc. oībus alijs manētibꝫ ꝛ salua cōgruitate. et sic habet pꝛima resoluēs. In scđa resoluēte hoc ꝓnomē demōstra= tiuū hoc. erit subiectū synonymū cū pꝛiori subiecto. id est ꝯsimile in voce ꝛ significatiōe. ꝛ p̄dicatū erit terminꝰ resolubilis. ꝛ copula erit hoc verbū sum es fui. cū verbo ꝓpoꝛtionabili. Exēplū. homo sedet. sic resoluit. hoc sedet. ꝛ hoc est hō. ꝗ homo sedet. sic de similibꝰ. Et addit in ista regula cū verbo ꝓpoꝛtionabili. qꝛ si verbū sit āpliatiuū dȝ addere ipm verbū cū disiunctione ad hoc verbū sum es fui. Et si verbū sit de pꝛeterito. dicēdū est in scđa resoluente est vel fuit. vt hō cucurrit. sic resoluit hoc cucurrit ꝛ hoc est vel fuit hō. ꝛ si verbū sit de futuro. tūc dicēdū est in scđa resoluēte est vel erit. vt asinꝰ curret sic resoluit. hoc curret. ꝛ hoc est vel erit asinꝰ. Sed si verbū pꝛīcipa= le sit hoc verbū pōt vel aliqđ verbū qđ ampliat in scđa resoluente. ꝓpꝛiū ampliatiuū dȝ addi ad hoc verbū sum es fui. cū disiunctione vt hō claudus pōt ambulare. sic resoluit. hoc pōt ambulare. ꝛ hoc ē vel pōt esse hō claudus. homo moꝛtuus pōt celebꝛare missā. sic resol uitur. hoc pōt celebꝛare missā ꝛ hoc est. vel pōt hō moꝛtuꝰ. hora in= cipit esse. sic resoluitur. hoc incipit esse. ꝛ hoc est vel incipit eē hora.

Obseruet hec regula siue terminus resolubilis

ponat a ꝑte subiecti vel a ꝑte p̄dicati. dūmodo nullus terminꝰ aliꝰ

distribuat a termino resolubili. nã si terminus distribuat a termino resolubili. tũc addat signũ vniuersale ad terminũ distributũ in scda resoluẽte a pte subiecti. et termin⁹ resolubilis erit pdicatũ. et hec est cã. vt termin⁹ eodẽ mõ supponat in scda resoluẽte sicut in resoluto vt differẽs a currente erit sortes. sic resoluit. hoc erit. S. et hoc ab oi currẽte est vel erit differẽs. Silr aliud ab epo põt esse iste hõ. sic resoluit. hoc põt esse ille hõ. et hoc ab oi epo est vel põt esse aliud.

De exponibilibus.

Termini exponibiles sunt isti. Oia signa vniuersalia/dictiões exclusiue et exceptiue/termini modales. vt possibile/ipossibile/cõtingẽs/et necessariũ. Differt aliud et nõidem/positiuus/cõparatiu⁹/suplatiu⁹ gradus. et aduerbia numeralia. vt semel/bis/ter/quater. Incipit/desinit/infinitũ/inquãtũ/et imediate/et multa alia de qb⁹ p ordinẽ est dicendũ.

Uniuersalis affirmatiua exponit p duas exponẽtes. Prima exponens vniuersalis erit sua subalterna. Scda erit vniuersalis negatiua de cõsimili subiecto et cõtradictorio predicato vel ei equiualẽte. vt ista. ois homo currit. sic exponit. aliquid qd est homo currit. et nihil est homo quin ille vel illa currit. vel sic. et nemo est nõ currens. vel sic. nihil est homo qui vel que non currit. In secunda exponente relatiuũ debet poni imediate post terminũ distributũ in eodẽ casu genere et numero cum termino distributo et verbum relatiui debet negari. vt in exemplo priori. et obseruatur eadem regula in scda exponente que data fuit in secunda resoluẽte. de verbo ampliatiuo. scz qualiter debet ampliari. Regula notanda.

Sed quia vniuersalis multipliciter variatur. Nam aliqua est vniuersalis in recto. aliq in obliquo. alia de simplici subiecto. alia de simplici predicato. et alia de disiuncto subiecto. et alia de copulato subiecto. ideo ponit exẽplũ primo de vniuersali in recto. vt ois homo currit. que prius exposita est. Exẽplũ in obliquo et hoc dupliciter. vel qr rectus precedit obliquũ quẽ regit vel ecõtra Si rectus precedat obliquũ quẽ regit. tunc vterqz terminus distribuit. et vterqz termin⁹ erit subiectum in vniuersali negatiua. vt hic. quelibet singularis alicuius vniuersalis est vera. sic exponit. aliqua singularis alicuius vniuersalis est vera. et nulla est singularis alicuius vniuersalis quin illa est vera. Et si obliquus nõ regitur a recto tunc rectus distribuit. et obliquus nõ. Uel si obliqu⁹ precedit rectũ vbi obliquus distribuit et rectus nõ. tũc termin⁹ distributus ponit a parte subiecti in scda exponẽte. et terminus nõ distribut⁹ vel supponẽs confuse tantũ ponat a parte relatiui. Exemplũ primi. vt ois homo hoiem diligit. sic exponit. homo hoiem diligit. et nihil est ho Uniuersalis multipliciter variatur.

mo quin ille vel illa hoiem diligit. Exemplū secūdi. cuiuslibet hois asinus currit. sic exponit. alicuius hois asinus currit. ꝛ nihil est homo quin illius asinus currit. Exemplum de vniuersali de copulato subiecto. vt ois homo ꝛ asinus currūt. sic exponit. homo ꝛ asinꝰ currunt. ꝛ nulla sunt homo ꝛ asinus que nō currunt. Exemplū de disiuncto subiecto. vt ois propositio vel eius contrariū est verum. sic exponitur. Aliqua propositio vel eius contrariū est verum. ꝛ nulla est propositio vel eius contrariū quin illud est verum.

Pro quo notandū est ꝙ omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua subiectum est disiunctum ex duobus terminis est distinguenda penes hoc ꝙ totum disiunctum distribuatur. vel prima pars disiuncti. Nam secundū distributionem diuersam illa propositio diuersimode habet exponi. quia relatiuum debet immediate sequi terminū distributū. vt prius dictū est. Exēplum. vt omnis homo vel asinus est asinus. Si totum disiunctū distribuatur sic habet exponi. homo vel asinus est asinus. ꝛ nihil est homo vel asinus quod non est asinus. ergo omnis homo vel asinꝰ est asinus. ꝛ sic est falsa. ¶ Si prima pars disiuncti distribuatur. sic exponitur. homo vel asinus est asinus. ꝛ nihil est. homo quin ille vel asinus est asinus. ꝛ sic illa propositio est vera. ꝛ sic conformiter dicendum est de similibus. Exemplum quando relatiuum in vniuersali ponitur a parte subiecti. vt omne qđ erit est. sic exponitur. aliquid qđ erit est. ꝛ nihil est quod erit quin illud est.

Omne qđ fuit est. sic exponit. Aliquod qđ fuit est. ꝛ nihil est qđ fuit quin illud est. ¶ Ois homo qui prius fuit ē. sic exponit. homo ꝗ prius fuit est. ꝛ nihil est homo ꝗ prius fuit qui ille est. Exemplū qñ relatiuū ponitur a parte predicati. Omnis ꝓpositio est vera cuius contrariū est falsum. sic exponitur. Aliqua ꝓpositio est vera cuius contrarium est falsum. ꝛ nulla est propositio que non est vera cuius contrarium est falsum.

Nota ꝙ quando relatiuum ponitur in vniuersali affirmatiua a parte subiecti tunc relatiuum cum verbo erit distributum. vt omnis homo qui est albus currit. vbi hoc totū homo qui est albus distribuitur.

Et nota ꝙ vniuersalis affirmatiua in qua relatiuum ponitur a parte predicati equiualet vni copulatiue facte ex eisdem terminis. sic ꝙ antecedens relatiui distributū ponatur i loco relatiui. vt ois homo est pater qui hꝫ filium equiualet huic. ois homo est pater. ꝛ omnis homo habet filium.

Exemplum vbi hoc verbū potest est principale verbū. vt omne animal potest currere. sic exponitur. aliqđ aial po-

test currere. ꝛ nullū est aīal vel potest esse aīal qḋ nō pōt currere.
Exemplum vbi hoc verbū incipit est pꝛincipale verbum. vt omnis homo incipit esse. aliquid quod est homo incipit esse ꝛ nihil est homo vel incipit esse homo qui vel que non incipit esse. ꝛ similiter cum hoc verbo desinit.

De exclusiuis.

Exclusiua exponitur per duas exponētes. Pꝛima exponens erit pꝛeiacēs exclusiue. Scḋa erit vniuersalis de subiecto ꝛ qualitate oppositis subiecto. ꝛ qualitati pꝛeiacētis. vt tm̄ homo nō currit. sic exponit. Homo non currit. sed q̄lібet nō homo currit. Sed notādū est q̄ in hac ꝓpositiōe tm̄ nō oīs homo currit. iste terminꝰ nō pōt teneri infinite vel negatiue. Si negatiue sic dz exponi. hō nō currit. sed q̄libet nō hō currit. Sed tenēdo nō infinite sic dz exponi. ens nō oīs hō currit. et nihil nō ens nō oīs hō currit. vel nihil qḋ est nō oīs homo currit.
Item ille terminus nō tenet solū infinite quādo cadit sup̄ predicatū ꝓpositionis. vt sortes est nō homo. ꝛ ista dictio nō solū negatiue tenet qn̄ imediate precedit verbū pꝛincipale ꝓpositiōis. vel qn̄ totā precedit ꝓpositionē. s. ꝛ subiectū ꝛ signū. vt hic nō oīs homo currit. sed ista dictio nō posita inter signū ꝛ subiectū vel inter partes subiectiꝰ pōt indifferenter sumi. s. vel negatiue vel infinite. vt hic tantū non omnis homo currit.

De exceptiuis.

Exceptiua exponitur per duas exponentes. In pꝛima exponente. pars extracapta erit subiectū cum predicato exceptiue. ꝛ copula erit opposite qualitatis ad exceptiuā. vel si exceptiua sit affirmatiua. negetᷣ eius predicatū de parte extracapta. ꝛ sic habetur eius pꝛima exponens. Scḋa exponens erit pꝛeiacens exceptiue cū opposito partis extracapte. ꝓ qua habēda nihil aliud fiat nisi mutetᷣ dictio exceptiua in istū terminū nō. ꝛ accusatiuū in nominatiuū. Exemplū. Oīs homo p̄ter sortē currit. sic exponitᷣ. sortes nō currit. sed oīs hō nō sortes currit. Exemplū negatiue. nihil pꝛeter sortē currit. sic exponitur. sortes currit. ꝛ nihil nō sortes currit
Differt/aliud/ ꝛ nōidē: debēt exponi p̄ tres exponētes. quarū due pꝛime erūt affirmatiue implicātes extrema eē ꝛ tertia erit negatiua negās scḋm extremū a pꝛimo. vt p3 in exemplo sequēti subiectū pꝛimi exponētis erit terminꝰ synonymꝰ cū subiecto ꝓpōnis exponēde. Subiectū scḋe exponētis erit obliquꝰ immediate sequēs aliqua istaꝝ dictionū differt aliud ꝛ nōidē. mutatꝰ in rectū. ꝛ ille erūt ꝓpōnes affirmatiue. ꝛ in illis hoc verbū Sū es De differt.

sui. predicat scdo adiacēs. Tertia exponēs erit negatiua de subie-
cto synonymo cū subiecto p̄ple exponētis ꝛ predicatū erit terminus
synonymꝰ cū subiecto scde exponētis. Ut ego differo ab hoīe sic ex
ponit. ego sū ꝛ oīs homo est. ꝛ ego nō sū homo. Ego sum aliud ab
asino. sic exponit. Ego sum ꝛ oīs asinus est. ꝛ ego nō sū asinꝰ. Ego
sum nōidem leoni. sic exponit. Ego sū ꝛ oīs leo est. ꝛ ego nō sū leo.

Notandū ꝙ tria sunt adiacētia in ꝓpositione.
Scz subiectū/predicatū/ꝛ copula. Et hoc verbū Sum. predicat se-
cundū adiacēs. qn̄ ip̄m est p̄ncipale verbū ꝛ non habet predicatū
expresse positū. vt homo est. ꝛ idē verbū predicat tertiū adiacēs. qn̄
habet predicatum expresse positum. vt homo est currens.

De incipit.

¶ Incipit exponitur duobus modis. Primo
modo p̄ positionē de p̄senti. i. p̄ affirmationē presentis tēporis ꝛ per
remotionē de preterito. hoc est p̄ negationē p̄teriti temporis. Alio
modo p̄ remotionē de p̄nti ꝛ p̄ positionē de futuro. ꝛ subiectū in ex
ponētibus erit subiectū ꝓpōnis exponende. ꝛ verbū erit verbū in-
dicatiui modi cuius infinitiuus sequitur incipit. Exemplū. Incipio
scire ꝓpōnem de presenti p̄ positionē. sic exponit. Ego iam scio ꝓ-
positionē. sed imediate ante hoc inst ās qd̄ est presens ego nō sciui
ꝓpōnē. Aliter exponit eadē ꝓpō p̄ remotionē de p̄nti. ego iā non
scio ꝓpōnē. sed imediate post hoc istās qd̄ est p̄ns ego sciā ꝓpōnē

Incipit esse duas exponentes sibi dando.
Preteritum remouens tempus ponendoqꝫ presens.
Est presens remouet tempus ponendo futurum.

De desinit.

¶ Desinit exponitur duobus modis. scz p̄ po-
sitionē de presenti. i. p̄ affirmationē p̄ntis tēporis. et remotionē de
futuro. i. p̄ negationē futuri. Uel p̄ remotionē de p̄nti. ꝛ positōnem
de preterito. Et quo ad subiectū predicatū ꝛ copulā. obseruet eas-
dē regulas que data fuit de hoc verbo incipit. vt sortes desinit esse.
sic exponitur p̄ positionē de p̄nti. Sortes iam est. sed imediate post
hoc instans. quod est presens. sortes non erit. Uel p̄ remotionē de
presenti isto modo. Sortes iam nō est. sed imediate ante hoc istās.
qd̄ est presens sortes fuit. Similiter sortes desinit currere ꝛc̄.

Immediate.

¶ Sequitur de ista dictione immediate.
¶ Pro quo notandū est ꝙ ꝓpositio in qua ponitur iste terminus
imediate habet exponi p̄ duas exponentes. prima erit illud quod
remanet dempto illo termino imediate. Et scda debet dari si ꝓpō
sit de futuro. preponēdo hoc totū. nullū est vel erit erit instās. post
hoc quin inter illud ꝛ hoc. ꝛ tunc sequit totū residuū ꝓpositionis
qd̄ sequebatur illū terminū hoc in ꝓpositione exponenda. Et si ꝓ
positio sit de preterito tūc in scda exponente p̄mo sumet hoc to-
tū. nullū est vel fuit instans. ante hoc quin inter illud ꝛ hoc. Unde

illa ꝓpositio. Immediate post hoc sortes curret. sic exponit. sortes curret ꝛ nullū est vel erit instans. post hoc quin inter illud ꝛ hoc. sortes curret. ¶ Et ista propō imediate ante hoc. sortes cucurrit. sic exponitur. ante hoc sortes cucurrit. ꝛ nullū est vel fuit instās. ante hoc quin inter illud ꝛ hoc sortes cucurrit. ꝛ sic de oībus sīlibus.

Infinitum.

¶ Sequitur de illo termino infinitum.

¶ Pro quo notandū est ꝙ ꝓpō exponēda rōne illius termini infiniti: habet exponi ꝑ duas exponētes. Prima dꝫ dari demendo illū terminū infinitū. ꝛ in loco eius ponēdo illū terminū aliqualiter. Et in scda exponēte primo ponat hoc totū. nō est dare gradū. ꝛ tūc sequat ille terminus q̄ sequebat istū terminū. infinitū. cū gtō casu. ꝛ tunc ponat ille terminꝰ finitū. cū illo termino quin. ꝛ hoc verbum excedit. cū toto residuo ꝓpōnis. qḋ sequebat pricipale verbū. ꝛ cū illo termīo in ablatiuo casu. q̄ sequebat illū terminū infinitū. ¶ Unde ista ꝓpō infinitū magnū est a. sic exponit. Aliqualiter magnū est a. ꝛ nō est dare gradū magnitudinis finitū. quin illū excedit a. in magnitudine. ¶ Et illa ꝓpō. Infinitū paruū est hoc a. sic exponit. aliqualiter paruū est hoc a. ꝛ nō est dare gradū paruitatis finitū quin illum excedit hoc a. in paruitate. ¶ Infinitū bonus est deus. sic exponitur. aliqualiter bonus est deus. ꝛ nō est dare gradū bonitatis finitū quin melior sit deus. ¶ Infinitū velox erit hoc a. sic exponit. aliqualiter velox erit hoc a. ꝛ nō est dare gradū velocitatis finitum qn illū excedit hoc a. i velocitate. ¶ Infinitū cito erit hoc a. sic exponitur. aliqualiter cito erit hoc a. ꝛ non est dare gradū citouitatis finitum quin illum excedit hoc a. in citouitate. ꝛ sic de alijs.

Necessarium

¶ Necessariū sic exponitur. Necessariū est deū esse. deus est ꝛ non potest esse quin deus sit. ergo ꝛc.

Impossibile.

¶ Impossibile sic exponitur. Impossibile est hominem esse asinū. hoīem esse asinum non est nec potest ꝛc.

Contingens possibile.

¶ Contingit sic exponitur. Contingit hoīem currere. hō currit. et potest esse ꝙ homo nō currit ꝑ ꝛc. Et sic de illo termino possibile.

Positiuus gradus.

¶ Omnis ꝓpositio de positiuo gradu. Exponitur ꝑ duas exponētes affirmatiuas in qbus mediū cōparādi affirmat de vtroqꝫ cōparatoꝝ. ꝛ tertia exponēs erit negatiua excludēs excessū inter scōm cōparatū ꝛ pmū. Ut sortes est ita sapiens sicut plato. sic exponit. Sortes est sapiēs. ꝛ plato est sapiēs. ꝛ plato nō ē sapiētior sorte. ꝑ. ¶ Unde in oī cōparatōe sūt tria. scꝫ duo cōparata inter que fit cōparatio. ꝛ mediū cōparādi. Mediū cōparādi est illud in quo fit cōparatio sicut in exēplo priori. sortes est ita sapiēs sicut plato. sortes ꝛ plato sunt cōparata. ꝛ sapiēs est mediū cōparandi.

Cōparatiuus

¶ Omnis propositio de comparatiuo gradu.

Exponit p duas exponētes affirmatiuas sicut positiuus. & p tertiā negatiuā excludendo paritatē et equalitatē in medio cōparandi. Ut Ego sum sapiētior hoīe. sic exponit. Ego sum sapiēs & oīs homo est sapiens. et nemo est ita sapiēs sicut ego sum. ꝙ &c.

Suplatiuus

Omnis ppositio de suplatiuo gradu

Exponit p duas exponētes affirmatiuas sicut positiuus & p tertiā negatiuā de cōparatiuo gradu cōparatiōis eiusdē. & p quartā affirmatiuā de cōparatiuo gradu cōparatiōis opposite: Ut sortes est sapientissim9 hoim. sic exponit. Sortes est sapiens. et oēs hoies sunt sapiētes. & nemo est sapiētior sorte. sꝫ aliqs insipientior sorte ergo vel apponat in scda exponēte ille termin9 gradatim. ad demōstrādū diuersitatē in medio cōparandi. sic. Sortes est sapiēs. et oēs hoies sunt gradatim sapiētes. & nemo ē sapiētior sorte. sꝫ aliqs insipiētior sorte.

Primus

¶ De istis terminis primū maximū & minimū

Exemplū primi. Sortes est primus q venit ad villā. sic exponit Sortes est aliqualiter prīdē qui venit ad villā. et nullus prior sorte venit ad villā. sed aliqs posterior sorte venit ad villā.

Maximus

Hoc est maximū qđ sortes potest portare/sic exponit. Hoc sortes pōt portare. et nullū maius illo sortes potest portare. sed aliquid minus illo sortes potest portare.

Minimus

Hoc ē minimū qđ plato pōt videre. sic exponit
Hoc plato pōt videre. & nullū minus hoc plato potest videre. sꝫ aliquid maius illo. vel aliqđ equale plato potest videre.

Sed si verbū relatiui in ppōne exponēda rōe istorū terminorū sit negatū. tūc debet exponi p exponētes cōtrarie qualitatis. Ut illa Sortes est prim9 q nō venit ad villā. sic exponit. Sortes est aliqualiter prīdē q non venit ad villā. sꝫ quilibet prior sorte venit ad villā. & nullus posterior sorte venit ad villam.

B est minimū qđ sortes nō pōt videre. sic exponit
B. sortes non potest videre nec aliquid maius B. sed quodlibet minus b. sortes potest videre.

A est maximū quod sortes non potest portare.
A. sortes nō potest portare. nec aliqđ tantū nec maius A. quodlibꝫ minus A sortes potest portare.

Relatiuum.

Relatiuū debet exponi per et & per illud.

Quod sic intelligit. Oīs ppō affir. in q ponit relatiuū a pte pdicati relatū ad terminū stantē discrete vel determinate a pte subiecti. debet exponi p copulatiuā. vbi in loco relatiui ponitur hec cōiunctio et. et hoc pnomē ille illa illud. qđ debet poni in eodē casu. genere et numero, sicut positū erat relatiuū. Exemplū; sortes currit qui

est albus. sic exponit. sortes currit et ille est albus

Tribus modis ipedit relatiuū a sua ꝓbatiōe. Primo mō qn̄ relatiuū refert ad terminū stantē cōfuse et distributiue. Ut sortes differt ab aīali qd est asinus qr illa ꝓpō debet exponi ratiōe isti⁹ verbi differt. ¶ Scdo mō qn̄ relatiuū refert ad terminū stantē confuse tm̄. Ut hic oīs hō est animal quod est rationale. que debet exponi ratione signi vniuersalis. et nō ratiōe relatiui. Tertio qn̄ relatiuū ponit in ꝓpōne negatiua. vt hic aliqs hō nō ē asinus q est asinus. que debet ꝓbari per suū oppositū.

Item aliqui termini sūt exponibiles scd̄z suas descriptiōes. vt hoc verbū apparet. et hoc verbū signt. Un̄ apparere id ē sentire vel intelligere. Ut hoc apparet mihi. sic exponit. Hoc sentitur vel intelligitur a me. Unde apparere .i. sentire vel intelligere. ¶ Et duplex est apparentia. scz sensualis et intellectualis. Apparere

Significare ē aliqd vel aliqua virtute cognotiue repñsentare vel manifestare. Un̄ iste termin⁹ hō signt hoiem. sic dz exponi. ille termin⁹ hō representat vel manifestat virtuti cognotiue hominē. Unde omnis cognitio rei fit per suā intentionē vel speciē ¶ Unde intentio rei est vera similitudo rei. et illud idē vocatur species rei. vt si ego cognoscā sortem p sensum vel per intellectū. tunc habeo verā similitudinē. scz in sensu et intellectu. etc. Significare.

Seqtur de resolutionib⁹ aduerbiorū.

¶ Itē notādū q ꝯuis regula prī⁹ posita/data sit de termis resolubilib⁹ vel exponibilib⁹ noib⁹ et vbis aliq tn̄ ad uerbia pñt resolui et aliqua exponi. Resolui vt ista aliqn̄/ante/post/ alicubi. Exēplum primi. aliqn̄ sortes erit eps̄. sic exponit. tūc sortes erit eps̄. et tūc ē vel erit aliqn̄. Ante hesternū diē sortes cucurrit. sic exponit. tūc sortes cucurrit et tūc ē vel fuit ante hesternū diē. Post crastinū diē sortes erit eps̄/tūc sortes erit eps̄. et tūc ē vel erit post crastinū diē ¶ Exēplū de aduerbijs que debent exponi sic. Semp sortes erit. aliqn̄ sortes erit et nullū ē vel erit aliqn̄ qn sortes nō erit. Ubiq₃ de⁹ ē. Alicubi de⁹ ē. et nō est dare alicubi vbi deus non est.

¶ Item oīs propositio negatiua debet ꝓbari per suū ꝯtradictoriū vt si ponat ꝓpō negatiua recurrat ad suū ꝯtradictoriū. et si ei⁹ ꝯtradictoriū sit falsum. tūc illa ꝓpositio ē vera et ecōtra. vt hec ē vera nullus hō ē asinus. qr hec ē falsa. aliqs hō ē asinus ¶ Itē particularis negatiua potest resolui qn̄ subiectū supponit p re existente. vt ista. aliquis hō nō currit. sic resoluit. hō non currit. et hoc est aliquis homo Alio modo particularis negatiua pōt probari per suā subalternā. vt illa aliquis homo qui est asinus nō ē asin⁹ Probatur sic. nullus homo qui est asinus est asinus. ¶ Similiter

vniuersalis negatiua pōt probari inductiue per sua singularia. vt nullus homo currit. vt nec ille hō nec ille. et sic de singulis. sed prīa ꝓbatio vniuersalis negatiue. s. ꝑ suā ꝯtradictoriā ē optia ꝓbatio.

Terminus officialis ē ōis terminꝰ faciens sensum cōpositū ⁊ solū talis ꝓpositio in sensu cōposito ē officialis.

Termini faciētes sensuz compositum

¶ Pro quo notādū ē ꝙ termini facientes sensum cōpositū sūt ōia signa modalia. vt possibile/īpossibile. cōtingēs et necessariū. ⁊ ōia verba sigñtia actū mētis sicut illa. scire/ nolle/velle/imaginare/ꝑcipere/credere/hesitare/dubitare. et silia. que faciūt sensum cōpositū. vt scio deū esse. possibile ē hoīez eē aial. Sed qñ aliqd istorū totalr̄ p̄cedit dictū ꝓpōnis. tunc illa ꝓpositio est officialis. q: facit sensum cōpositū. vt possibile ē hoīem currere. Sed qñ aliquis istorū intermediat dictū ꝓpositiōis. s. inter accusatiuū et modū infinitū. tūc solū facit sensū diuisū. vt hoīez possibile ē eē aial. Sz qñ aliquis istoꝝ terio:ū finaliter sequit̄ totū dictū ꝓpōnis. tūc illa pōt indifferēter sumi. s. in sensu ꝯposito vel in sensu diuiso. vt hic hoīem currere ē possibile. Omnis eñ ꝓpositio in sensu cōposito ē officialis vt illa. ncēm est deū esse. sic officiat/talis ꝓpō ē necessaria. deꝰ ē ꝓpter eiꝰ p̄imariū sigñtū deū eē. possibile est hoīem esse rome. sic officiat. hec ꝓpō ē possibilis. hō ē rome ꝓpter eiꝰ p̄imariū sigñtum hominē esse rome. Ego scio deū esse. sic officiat. hec propō ē scita a me. deus est propter eius p̄imariū sigñtū deum esse.

Dictū ꝓpōis

Dictū ꝓpōnis debet dari/vertēdo nīm i actīū et verbū indicatiuū in verbū infinitū. Uel p̄ponēdo hanc cōiunctionem ꝙ toti. Ut deus est. dictū eius est hoc. deū esse/vel ꝙ deus est ¶ Sed ꝓpō in sensu diuiso est resolubilis. si p̄imus terminꝰ sit resolubilis. vel exponibilis. Si p̄imꝰ terminꝰ sit exponibilis. exēplū p̄imi. Hoīem possibile est currere. sic resoluit̄. Hoc possibile ē currere. et hoc est hō. Exēplū secundi oēm hoīem possibile est currere sic exponit̄. aliquē hoīem possibile est currere. et nihil est hō quem vel quā possibile nō est currere. Uñ ꝓpō in sensu diuiso debet ꝓbari scḋm p̄imū terminū mediatū in illa ꝓpōe. ¶ Itē si ambe resoluentes ꝓpōis resoluende sint vere p̄imarie sigñdo tūc illa ꝓpō est vera. aliter nō. Similiter ꝓpō exponibilis ē vera si oēs eius exponentes sint vere. ⁊ aliter nō. Et si vna exponēs sit falsa. tūc illa ꝓpō exponibilis est falsa. et sic de resolubili et officiali.

Regula notanda

¶ Alia regl̄a ē quādo ꝓponit̄ aliqua ꝓpositio et volueris scire an illa sit vera vel falsa. videas si illa ꝓpō sit resolubilis. exponibilis vel officialis. Nā scire potes ꝑ p̄imū terminum mediatū in illa ꝓpōne. deide exponat̄. si sit exponibilis. et si omnes exponentes sint vere. tunc illa ꝓpō ē vera. Et sic generaliter scit̄ veritas vel falsitas cuiuscꝫ ꝓpōnis. Uel resoluitur si sit resolubilis. et

In oi exclusiua affirmatiua subiectū stat cōfu-
se tm̄ si sit terminus cōis. Sed cōtra. sequitur bn̄ tm̄ homo currit. ꝛ
illi sunt hoies. ergo ille currit vel ille vel illa. ꝛ sic de singulis. ergo
ly hō qđ hic est subiectū stat determinate. ꝛ nō cōfuse tm̄. q: cōtin-
git eū descēdere ad sua singularia disiunctiue. ¶ Huic dicatur q̄
regula est bona. ꝛ cōcedatur ɔsequētia facta. Ubi nota q̄ dictio nō
dicit supponere determinate ꝓpter hoc q̄ cōtingit eum descēdere
ad sua singularia disiūctiue. sed q: cōtingit eū descēdere ꝛ ascende-
re similiter. qđ non est verū in ꝓposito. q: non sequitur ille hō cur-
rit. vel ille. ꝛ illi sunt homines. ergo tantū homo currit.

Preterea regula est: q̄ ois exceptiua ꝓpria re-
pugnat suo preiacēti. Sed ɔtra. nā ex illo sequitur q̄ duo repugnan-
tia pñt simul esse falsa. vt illa duo. nullū aial pter equū est hō. ꝛ nul-
lū aial est hō. ista sil' sunt falsa. ꝛ ista repugnāt vt p3 p regulā. Huic
dicat ɔcedēdo regulā. ꝛ sil' ɔcedēdo q̄ ista duo repugnātia possūt
simul esse falsa. Ut illa duo. vos statis ꝛ vos sedetis. sed duo repu-
gnātia nō possunt sil' esse vera. ¶ Sed cōtra vltimā pticulā. ista sūt
simul vera. Uos differtis ab oi hoie preterq̄ a vobis. ꝛ vos differtis
ab oi hoie. ꝛ illa duo repugnāt. vt p3 p regulam. ergo duo repugnātia
possunt simul esse vera. ¶ Huic dicat q̄ illa non repugnant nec est
ibi exceptiua ꝓpria nisi cuius subiectū preiacētis stat confuse ꝛ di-
stributiue. sed subiectū eius assignati stat discrete. ergo ꝛc.

Item ab exceptiua negatiua ad suā exclusiuā
affirmatiuā semp est ɔsequentia bona. ꝛ econtra. ¶ Sed cōtra. tūc
valet ista cōsequētia. Nullus homo ꝓter sortē currit. ergo tm̄ sor-
tes currit. Sed q̄ illa cōsequētia nō valet ꝓbatur. ꝛ pono q̄ sortes
currat. ita q̄ nullus homo alius vel alia a sorte currit. cū hoc q̄ asi-
nus currat. sic antecedēs est verū ꝛ ɔñs falsū. Huic dicat ɔcedēdo

regulam.negando cõsequentiã.ꝛ dicẽdo ꝙ illa nõ est exclusiua illius exceptiue.sed ista.tm̃ sortes est homo masculus currens.

Item supponit̃ ꝓ regula ꝙ si antecedẽs potest esse verũ sine ꝯnte.illa ꝯña nõ valet.Sed cõtra.q2 tũc ista ꝯña non valet.homo currit.ergo aĩal currit.Probat̃ ꝛ volo ꝙ illa ꝓpõ homo currit.qꝺ est antecedẽs.ꝑmaneat ꝑ totã istã horã.ꝛ ꝙ ꝯñs corrũpatur ante finẽ huius hore.sic antecedẽs est verũ sine ꝯsequẽte. Huic dicatur.ꝙ illud suppositũ nõ est regula.sed illa est regula.qñ illud qꝺ primarie ꝛ adequate significat antecedẽs.potest esse sine illo qꝺ primarie ꝛ adequate significatur ꝑ cõsequens.nõ valet consequentia.Et dicitur adequatũ significatũ.cum cuilibet termino in propositione correspondet aliquid in significato.

Preterea.supponitur ꝙ arguẽdo ab actiua ad passiuã est ꝯña bona.Sed ꝯtra.tũc valet ista ꝯña.ois hõ videt hominẽ.ǵ hõ videt ab oi hoie.Sed ꝙ nõ valet ꝓbatur.ꝛ pono istum casum ꝙ sint plures hoies.ꝛ ois hõ videat seipm̃ solũ.sic ãtecedẽs est verũ ꝛ ꝯñs falsum.vt pꝫ ꝑ exponẽtes.¶ Huic dicat̃ admitẽdo regulã.dicẽdo ꝙ nõ est sua passiua.sed illa.ab oi hoie videt̃ hõ.q2 termini habẽt eodẽ mõ supponere in actiua sicut in passiua. Sed in argumento ly hoie in antecedẽte ratione verbi stat cõfuse tantũ sed in ꝯsequẽte determinate.¶ Unde passiua isti⁹.ꝓmitto tibi denariũ.est ista.a me promittit̃ tibi denarius.ꝛ siĺr passiua istius.ois homo videt hoiem.est hec.ab oĩ hoie videtur homo.

Item supponit̃ hec regula.Arguẽdo a tota copulatiua ad alterã eius partẽ est ꝯña bona.Sed ꝯtra.tũc valet ista ꝯña.vos differtis ab hoie ꝛ ab asino.ǵ vos differtis ab hoie.sꝫ ista ꝯña nõ valet.q2 añs est verũ ꝛ ꝯñs falsum.¶ Huic dicit̃ cõcedẽdo regulã ꝛ neget̃ ꝯña.ꝛ distinguat̃ de antecedẽte.vtrũ ly et.tenet̃ copulatiue vel copulatim. Si tenet̃ copulatiue añs est impossibile.ꝛ tunc est ꝯña bona.Si tenet̃ copulatim.tũc ꝯña nõ valet.nã añs est verũ.vt pꝫ ꝑ exponẽtes.sic.vos estis ꝛ homo ꝛ asin⁹ sunt.ꝛ vos nõ estis hõ ꝛ asinus.ǵ ꝛc̃.Nã hec nõ est regula.a toto copulato ad alterã eius partẽ.sed a tota copulatiua ad alterã eius partem.

Item arguẽdo a parte disiũctiue ad totã disiũctiuã est ꝯña bona.Sed ꝯtra.illa ꝯña non vꝫ.vos differtis ab asino ergo vos differtis ab hoie vel ab asino.Sed ꝙ nõ valet ꝓbat̃.quia añs est verũ ꝛ ꝯñs falsum.¶ Huic dicat̃ admittẽdo regulã.ꝛ negetur ꝯña facta ꝛ distinguat̃ de ꝯsequẽte.Eo ꝙ ly vel tenet̃ disiũctiue vel disiũctim.Si tenet̃ disiũctiue ꝯñs est ita verũ sicut ꝛ añs illo mõ Uos differtis ab hoie.vel vos differtis ab asino.ꝛ sic ꝯñs hꝫ ꝓbari ꝑ partes.ꝛ nõ rõne huius verbi differt.Si tenet̃ disiũctim.ꝯña nõ valet.sed añs est verũ ꝛ ꝯñs falsũ.vt pꝫ ꝑ exponẽtes.ꝛ sic hꝫ ꝓba-

ri rōne p̄imi termini ꝓbabilis. sed hec regula nō tenet generaliter a p̄te disiūcti ad totū disiūctū. Nā aliquā tenet sic argumētū. vos estis hō. ergo vos estis hō vel asinꝰ. ꝛ aliquā nō tenet vt hic. vos nō estis asinus. ergo vos nō estis hō vel asinꝰ. Nota ꝙ arguēdo a p̄te disiuncti ad totū disiūctū vbi distributio vel negatio p̄cedit nō valet ꝯn̄a.

Ab vniuersali ad suā singularē sine debito me
dio nō valet ꝯn̄a. sed ꝯtra. hec est bona. oīs sol lucet. ergo ille sol lucet. ꝛ tn̄ hic arguit̄ s̄m regulā. ergo regula nō valet. Huic dicat̄ ꝙ illud allegatū nō est rn̄a. sed hec est rn̄a. arguēdo ab vniuersali affirmatiua ad suā singularē affirmatiuā sine debito medio. nō vʒ ꝯn̄a de forma. Tn̄ pōt ꝯcedi ꝙ p̄dicta ꝯn̄a nō vʒ de forma. ꝙuis bn̄ vʒ de materia.

Itē oīs ꝓpō vera ꝛ affirmatiua cōuertit̄ cum
seip̄a dictiōe exclusiua addita totali p̄dicato. Sed ꝯtra. tūc ista ꝯn̄a valet. hō est asinus. siḡt sicut est. ergo hō est asinꝰ. siḡt p̄cise sicut est. Et ꝙ ista ꝯn̄a nō valet. ptʒ qꝛ an̄s nō est verū ꝛ ꝯn̄s falsū. ꝙ an̄s sit verū ꝓbat̄ ista. hō est asinꝰ. siḡt sicut est. nā ista siḡt hoīem esse. ꝛ sic est. ergo siḡt sicut est. sic an̄s est verū. Et ꝙ ꝯn̄s sit falsū. ptʒ p eius exponētes. sic. hō est asinꝰ. siḡt sicut est. ꝛ nō aliter ꝙ͂ est. qđ est falsū. Huic dicat̄ admittēdo regulā ꝛ neget̄ ꝯn̄a facta. nec arguit̄ s̄m regulam sed sic argueret̄. hō est asinus. siḡt sicut est. ergo hō est asinus. est p̄cise significās sicut est. Aliter pōt huic r̄ndere ꝯcedēdo ꝯn̄am. nō tn̄ ꝓpter regulā. qꝛ nō arguit̄ s̄m illā. sed qꝛ isti tres termini. sicut est. p̄cise sicut est. ꝛ nō aliter ꝙ͂ est. ꝯuertunt̄. ꝛ cōcedēdo ꝙ ista ꝓpō homo est asinus. siḡt p̄cise sicut est. ꝛ nō aliter ꝙ͂ sicut est. sed nō adequate. ꝛ cōcedat̄ ꝙ hec ꝓpō siḡt p̄cise sicut est. ꝛ hoc sic ꝓbat̄. hec siḡt sicut est ꝛ nō aliter ꝙ͂ sicut est. ꝛ ip̄a ꝓbās sic ꝓbat̄. qꝛ siḡt hominē esse. ꝛ sic est ꝛ nō aliter ꝙ͂ est. ergo ꝛc. Unde hec duo possunt cōcedi sicut non repugnantes hec significat sicut est ꝛ hec siḡt aliter ꝙ͂ est. vt ille cōcedunt̄. vos amatis hoīem ꝛ vos amatis nō hoīem.

Similiter illa regula. arguēdo ab inferiori ad
suū superius sine negatiōe sine distributiōe ꝛ sine aliqua dictiōe habente vim negationis vel distributionis preposita est ꝯn̄a bona. sed cōtra. ex hoc sequit̄ ꝙ necessariū est impossibile sic. aīal esse hoīem est necessariū. ꝛ aīal esse hoīem est impossibile. ergo necessariū est impossibile. qꝛ aīal esse hoīem est necessariū. ptʒ p eius officiātes. quia asinū esse hoīem est impossibile. ergo aīal esse hoīem est ip̄ossibile. ptʒ ꝯn̄a. qꝛ arguit̄ ab inferiori ad suū superius sine negatiōe siue distributiōe ꝛc. Antecedēs ptʒ de se. Huic dicat̄ admittēdo regulā ꝛ neget̄ argumētū. ꝛ distinguat̄ de antecedēte tā ꝓ maiori ꝙ͂ ꝓ minori vtrū tenet̄ in sensu cōposito vel in sensu diuiso. si vtraqꝫ tenet̄ in sensu cōposito. sic minor est falsū ꝛ ip̄ossibile. vt ptʒ p eius officiantes. si vtraqꝫ tenet̄ in sensu diuiso. sic maior est falsa. vt patet p resoluē-

tes et si maior tenetur in sensu cōposito et minor in sensu diuiso nō valet cōsequentia sed añs est verum et ꝯñs falsum. et cuꝫ arguitur sic. asinū esse hominē est impossibile. ergo aīal esse hoīem est impossibile. negetur ꝯña et distinguat vtrū ꝯñs tenetur in sensu cōposito vel in sensu diuiso. Si tenetur in sensu diuiso ꝯcedat ꝯña qꝛ tunc arguitur scḋm regulā. Si tunc arguit sic et ꝯñs tenetur in sensu composito non valet ꝯña nec arguitur scḋꝫ regulā. qꝛ arguitur cū impedimento. s. cū negatione ꝑposita quo ad debitū intellectū. vnde concedatur ista in sensu cōposito animal esse hominem est necessariū. et concedatur ꝙ animal esse hominē ē impossibile in sensu diuiso.

Item regula est in omni cōsequētia bona ꝛ formaliter quicqd sequit ad ꝯñs sequitur ad añs. Sed ꝯtra. hec ꝯña ē bona q̄dripedale est. ꝗ bipedale est. sꝫ hic aliquid sequitur ad ꝯñs quod nō sequitur ad añs. ergo regula nō valet. Minor sic. ad ꝯñs sequitur ista propō pedale est maxima eius medietas. qꝛ sequit bipedale ē. ꝗ pedale est maxima eius medietas. sed illa ꝓpositio nō sequitur ad añs. Nam illa ꝯña nō valet. q̄dripedale est. ergo pedale est maxima eius medietas. Huic dicatur cōcedendo regulā ꝛ ꝯsequētiā factā et negetꝛ ꝙ aliquid sequitur ad ꝯñs quod non sequitur ad añs et dicit ꝙ hec propositio pedale est maxima eius medietas sequitur eodē modo ad añs quo sequitur ad cōsequēs nam sequit ad cōsequēs scḋm ꝙ ly eius refertur ad ly bipedale. et sic sequitur ad añs. qꝛ hec est ꝯña bona quadripedale est. ergo pedale est maxima eius medietas. s. bipedalis.

Item cōtra istā regulā in omni cōsequētia bonaꝛ formalr quicquid ad añs antecedit et cōsequēs Nā illa ꝯña est bona. pr ē. ꝗ suus filius est. ꝛ tñ aliqd añcedit ad añs qḋ nō añcedit ꝯñs. quia illa propō filius est. añcedit ad añs ꝛ nō ad ꝯñs. nā sequitur filius est. ergo pater est sed non sequitur filius est. ergo suus filius est. Huic dicat cōcedendo regulā et ꝯñam factā et dicit ꝙ illa propositio. filius est. antecedit ad cōsequens ipso modo quo illa. pater est antecedit ad consequēs. nam illa antecedit ad consequens. secundum ꝙ ly suus refert ad ly pater. et tāsic filius est antecedens ad consequens. Nam sequitur. filius est. ergo suus filius est. id est patris filius.

Alia regula. A negatiua de ꝑdicato finito ad affirmatiuā de predicato infinito cum cōstātia subiecti est cōsequētia bona. Sed cōtra. illa cōsequentia non valet. Aliqua propositio nō est vera cuius cōtrariū est falsum. ꝛ aliqua ꝓpositio est. ergo aliqua propositio est non vera cuius ꝯtrarium est falsum. nam antecedens est verum pro maiori quia eius oppositum est falsum. et ꝯñs est falsum vt patet. ergo regula non valet. vel non arguit per regu-

lam. Huic dicat' q idē allegatū nō ē regula sed illa est regula. A negatiua de pdicato finito ad affirmatiuā de pdicato infinito cū debitis circūstantiis, vt si pdicatū non sit terminus multū cōpositus et specialiter ex termino relatiuo est ꝯña bona. sed sic nō est in pposito. Similiter ista cōsequētia nō valet. Aliquis homo nō est pater q genuit filiū. et aliquis hō est. g aliquis hō est non pater qui genuit filiū. añs est verū et ꝯñs falsum.

Similiter supponit' hec regula q qñ negatio postponit' signo et subiecto tūc facit illā ppōnē equipollēte illi q ante aduētū illi⁹ negatiōis fuit eius ꝯtrariū. Sed ꝯtra illā arguit' ex illa sequeret' q nullū aīal ē. probat' sic. nullū aīal aīal ē. g nullum aīal est. Añs probat'. omne aīal aīal nō ē. ergo nullū aīal aīal est. ptz ꝯña. q: hic arguit' ab equipollēte ad suū equipollēs. Huic dicat' q negatio postposita signo et subiecto si imediate postponat' termino distributo tūc facit illā ppōnē equipollere illi pponi que ante aduentū illius negatiōis fuit eius cōtrariū. et tūc neget' q nullū aīal est. et etiā q nullū aīal aīal est. et tūc neget' ꝯña cum arguit'. oē aīal aīal nō est. g nullū aīal aīal ē. q: nō arguit' ab equipollēte ad suū eq pollens. q: negatio nō postponit' imediate termino distributo. sꝫ sic argueret'. oē aīal nō aīal ē. ergo ꝛc. sed tūc añs est falsum. Sꝫ cōtra istā correctionē regule probādo q asinus est ille hō. sic tm̄ aīal ē ille hō. ergo nihil nō aīal est ille hō. ptz ꝯña. q: arguit' ab exponēte ad secundā eius exponentē. et vltra. nihil nō aīal est ille hō. ergo nihil nō idē aīali est ille hō et vltra. nihil non idē aīali est ille hō. ergo oē idē aīali est ille hō. ꝯña ptz per regulā prius positā. ꝛ vltra. oē idem aīali est ille homo asinus est idē aīali. ergo asinus est ille hō. quod fuit intentū. Huic dicat' cōcedendo primā cōsequētiā et secundam et negando tertiā et dicat' q non arguitur ab equipollente ad suum equipollens cū negatione postposita signo ꝛ subiecto sed solū interponitur signo et subiecto et est ps subiecti. et ideo nō facit equipollentiā. sed sic arguitur. nihil idē aīale non est ille homo. ergo omne idem aīali est ille homo. sed iam añs est falsum sicut et ꝯñs. et ꝯña est bona. ¶ Item propositio de cōtingēti ad vtrūlibet habet cōuerti per oppositas qualitates. Sed cōtra. tunc valet illa cōsequentia cōtingit nullū motum esse hoiem. ergo cōtingit oēm motū esse hominē quia hic arguitur a cōuertēte ad suam cōuersam. sed illa ꝯña nō valet. Nam añs est verū vt ptz per eius offi ciātes et ꝯñs falsum Huic dicat' cōcedēdo regulā. et tamen nō est regula q oīs propositio contingens ad vtrūlibet habet conuerti per oppositas qualitates quia tunc esset illa bona. tu curris. ergo tu non curris. vnde in proposito sic argueretur. cōtingit nullū motū esse hominē ergo contingit aliquod motū esse hoiem. et sic est ꝯña bona et ad particularem dicitur q sufficit vniuersalem negatiuam cōuerti in particula

rem affirmatiuam et nō semper in vniuersalem affirmatiuam.

Itē a cōuertēte ad suam cōuersā est cōsequētia bona. Sed contra. tunc valet illa cōsequētia. De A erit verū. ergo quoddā verū erit A. sed ista cōsequentia nō valet. ꝓbatur et pono ꝙ A sit illa ꝓpositio. deus est. que iam est vera. et post hoc erit vera. ita ꝙ illa nunꝙ post hoc erit a. iam añs est verum vt pꝫ ꝑ expo nentes. et ꝯñs est falsum. vt patet per resoluentes. Huic dicat̄ con cedendo regulā et negando ꝯñam factā. q2 nec arguit̄ a conuerten te ad suam cōuersam sed. sic habet argui. De verū erit A. ergo quod dā futurū verum est vel erit A quod est verum.

Item regula est ꝙ vniuersalis negatiua habet cōuerti simpliciter. Sed cōtra tūc valet illa ꝯña. nullus hō est mulier. ergo nulla mulier est homo. sed añs ē verū ⁊ ꝯñs falsum. Huic dicat̄. cōcedendo regulā et negādo ꝯñam factā. q2 non arguitur debite. sed sic debet argui. nullus homo est mulier. ergo nulla mulier est homo masculus. ¶ Itē illa ꝯña non valet. nullus sortes fuit albus. ergo nullū albū fuit sortes. improbat̄ in casu. ꝙ sortes per aliquod tempus ꝓteritū fuit niger cū hoc ꝙ iam sit albus. sic añs ē verum et ꝯñs falsum. vt pꝫ per eoꝝ opposita. ⁊ ibi cū dicit̄ ꝙ arguitur per regulā vt apparet. Dicit̄ tamē ꝙ ꝯña non valet nec debite arguit̄. sꝫ sic debet argui. Nullus sortes fuit albus. ergo nullū ꝓteritū album est vel fuit sortes. et iam ꝯñs est verum in casu posito sicut et antecedens.

Nota ꝙ arguendo a cōuertente ad suam ꝯuersam est ꝯña bona in cōuersione ꝑ accñs sed nō ecōtra nisi aliqñ forte gr̄a terminoꝝ et materie. Vñ illa ꝯña ē bona. ois hō ē albus. ergo aliquod albū ē hō. sꝫ ecōtra nō valet. sic arguēdo qodā albū est hō. ergo ois hō est alb⁹. nā improbat̄ in casu ꝙ sortes sit albus et null⁹ hō alius a sorte sit albus. ergo ⁊c̄. Sed dicitur ꝙ sufficit vniuersalē cōuerti in particularem affirmatiuā et nō semper particularem affirmatiuam in vniuersalem.

Similiter arguēdo ab inferiori ad suū superius sine aliquo impedimēto ē ꝯña bona. Sꝫ cōtra. tūc valet illa ꝯña differens ab hoīe ē. ergo differēs ab illo hoīe ē demōstrādo vos. q2 arguit̄ fm̄ regulā. nā subiectū in añte ē inferi⁹ ad subiectū in ꝯñte. q2 quicqd est differēs ab hoīe est differēs ab illo hoīe. sed nō ecōtra. ⁊ tamē ista ꝯña nō valet vt patꝫ. posito ꝙ ille hō demōstratus in añte nō sit. Huic dicat̄ ꝙ idē suppositū nō ē regula generalis. sꝫ fallit vbi termin⁹ habēs vim negatiōis ē pars termini inferioris et superioris. sed sic est in ꝓposito. nā ly differens ab hoīe est inferius ad ly differēs ab illo hoīe per regulā. Quando terminus inferior ⁊ superior cōponunt̄ cū illo termino differens vel aliud. tunc cōpositū ex

termino inferiori et differens vel aliud est superius ad cōpositū ex termino supiori et differens vel aliud. ex qua regula ptz q differēs ab hoīe est inferior ad ly differēs ab illo hoīe. Et tunc dicit q argu endo ab inferiori ad suū superius vbi terminus habens vim nega tiōis non est pars termini inferioris et superioris deductis aliis im pedimentis est ꝯña bona.

Similiter regula est a superiori ad suū inferi⁹ cū negatione preposita aliqñ nō tenet ꝯña qr impeditur quādo di- ctio habēs in se vim negationis est pars termini inferioris et supe rioris. Unde dicit q vtraqȝ regula est generalis cū debito medio vt sic arguendo. differens ab hoīe est. oē differēs ab hoīe ē differens ab isto hoīe. ergo differens ab illo hoīe est. Debitū mediū aūt vo co ꝓpōnem vniuersalē in qua termin⁹ superior affirmat de inferio ri. In scđo argumento sic argueret. nullus differens ab hoīe est. et omne differens ab hoīe est differens ab illo homine. ergo nullum differens ab illo homine est.

Similiter a superiori ad suū inferius cū nega tione vel distributiōe ꝓposita est ꝯña bona cū debito medio sumē do debitū mediū vt prius. Exemplū. omnis homo currit. oē album est homo. ergo omne album currit. sed sine debito medio non valet ꝯña. vt hic nō valet. Omnis homo currit. ergo omnis sortes currit Aliter potest dici q primum suppositū nō est regula sȝ ista. Arguē do ab inferiori ad suū superius per se sine aliquo impedimento est ꝯña bona. sed in ꝓposito arguit ab inferiori ad suū superius p acci dens. et sic non valet ꝯña sine debito medio. vnde inferius per acci dens dicitur illud quod stat esse cum hoc q suum superius non sit vt posito q sortes et P. sint albi. tunc album dicitur illo modo supe rius ad sortē et P. Sed inferius p se est tale qđ nō stat esse nisi suū superius sit. et sic hō dicit inferius ad aial.

Finiunt regule cōsequētiarū.

De modo dandi cōtradicto- ria aliqua dant notabilia

Primo notādū ē q qñ est aliqua ꝓpō vniuer salis habēs aliquā particularē sibi ꝯtradicentē. requirit q termini in eis supponāt cōtradictorio modo. hoc est q ille terminus q stat in vniuersali cōfuse et distributiue. in particulari stabit ꝯfuse tm vel determinate. Et ille termin⁹ qui in vniuersali stat cōfuse tm in par ticulari stat cōfuse et distributiue. sicut hic. Ois homo ē animal. et aliquid qđ est homo nō est animal. Ex quo patet q ille due non stant cōtradictorie. Ois homo homo est. et aliqd quod ē homo. hō

non est. quia secundus terminus homo in vtraque propositione stat immobilitanter. id est non confuse distributiue.

Item notandū est secūdo. q̄ quādo est aliqua ꝓpositio vniuersalis affirmatiua. in qua sunt duo termini cōes an te principale verbū. si primus distribuatur ⁊ scđs non. tunc in eius opposito negatio debet poni inter illos duos terminos vel signum vniuersale negatiuū. vt oppositū illius. oīs homo homo est. est hoc aliquid qđ est homo non homo est. ¶ Sed si sint duo termini cō munes ante principale verbū. quoꝝ vterque distribuitur ꝑ signū vni uersale affirmatiuū. tunc in eius opposito debet negatio poni post illos duos terminos. vnde oppositū istius. Omnis homo oīs ho mo est. est hoc. aliquid quod est homo homo non est.

Tertio notandū est. q̄ si sint duo termini cōes ante principale verbū. quoꝝ vterque distribuitur ꝑ signū vniuersale negatiuū. tunc in eius opposito signū vniuersale debet poni inter illos duos terminos. vt oppositū istius. Nullus homo nullus ho mo est. est hoc. aliquis homo nullus homo est.

Itē nota q̄ si sit aliqua ꝓpositio nō vniuersa lis cuius subiectum est disiunctum ex duobus terminis. tunc eius oppositum debet dari per negationem prepositam toti. vt opposi tum istius. Sortes vel Plato currit. est hoc. Non sortes vel plato currit. ⁊ sic de alijs.

¶ Sequuntur regule modales: De equipollentia.

a D cognoscendū earū equipollentias: q̄ dam dātur regule. Quarū prima est hec

¶ Negatio precedens modū necessitatis mutat modū illū in mo dum possibilitatis. ⁊ dictū in contradictoriū. sic est enim equipollē tia. Uerbi gratia. Non necesse est omnem hominē currere. eq̄pol let huic. possibile est aliquē hominē non currere.

Secūda regula est hec. Negatio precedēs mo dum possibilitatis mutat modū possibilitatis in modū necessitatis ⁊ dictū in contradictoriū. Uerbi grā. Non possibile est oēm hoīem currere. equipollet huic. Necesse est aliquē hoīem nō currere.

Tertia regula est hec. Negatio precedens mo dum impossibilitatis mutat modum impossibilitatis in modū pos sibilitatis. ⁊ dictum cum eodem dicto. Uerbi gratia. Non impossi bile est omnem hominem currere. equipollet huic. Possibile est omnem hominem currere.

Quarta regula est. Negatio subseques modū necessitatis mutat modū necessitatis in modū impossibilitatis. remanente codē dicto/verbi gratia. Necesse est nō oēm hominē currere. equipollet huic. Impossibile est omnē hominē currere.

Quinta regula est hec. negatio seques moduz possibilitatis nō mutat modum sed dictū in ɔtradictoriū/verbi gra. Possibile est non oēm hoiem currere. eqpollet huic. Possibile est aliquem hominem non currere

Sexta regula ē. negatio seques modū impossibilitatis et ꝑposito dicto mutat modū impossibilitatis in modum necessitatis. manēte codē dicto cū negatione vel sine negatione. vt impossibile est non oēm hominē currere. eqpollet huic. Necesse est non omnē hominē currere.

Septima regula. negatio seques tam dictū ꝙ̄ modum necessitatis mutat illū in modū impossibilitatis. et dictuz in dictū subalternū. vt necesse est oēm hoiem non currere. eqpollet huic. impossibile est aliquē hoiem currere. et similiter huic. Necesse est nullū hominē currere.

Octaua regula. negatio seques modū et dictū possibilitatis nō mutat modū sed dictū in cōtrariū. vt possibile est omnē hominē nō currere. Equipollet huic. possibile est nullum hominē currere.

Nona regula est. negatio seques moduz dictū impossibilitatis mutat modū impossibilitatis in modū necessitatis et dictū in dictū subalternū. vt impossibile est oēm hoiem nō currere. eqpollet huic. Necesse est aliquē hoiem currere.

Nota q̄ figura modaliū ponit̃ i tractatu qui dicitur. Juxta hunc textū scd̄m equipollētias. ꝫ hoc in vndecimo argumēto et hic similiter patz.




Figura modi possibilitatis

Figura secūda modaliū/in qua similiter plenius patebit negatio p̄cedēs et sequens.

Quomō negatio mutat modū necessitatis





Figura modi necessitatis

Tertiā figura de modalibus. demōstrās quomō negatio mutat modū possibilitatis.



Sequitur tractatus argumētationis

¶ De conclusionibus consequentiarum.

Iuxta hunc textū factū in libro Perihermenias ab aristotele edito. De qualibet re singulari in mūdo existēte dicitur alterū cōtradictoriū. et de nulla re eorū dicūtur ambo. i. affirmatio et negatio. sequitur quod duo cōtradictoria incōplexa non possunt simul predicare cū eodem.

Sed cōtra. Aliqua ꝯña est bona que nō valet. ergo aliqua ꝯña est bona et nō bona etc. Antecedēs pbatur sic. Hec cōsequētia est bona. Quoddā albū nō est coloratū. ergo quoddā nō coloratū nō est nō albū. et hec eadē nō valet. ergo etc. Et quod sit bona pbatur. quia arguit a ꝯuertente ad suā cōuersam per ꝯtrapositionē. ergo bona. Et quod nō valet pbatur. et pono istū casū quod nullū albū sit. tūc patet quod añs est verū. scilicet quoddā albū nō est coloratū. quia eius oppositū est falsū. scilicet omne albū est coloratū. Et quod ꝯñs sit falsū arguit sic. quia eius oppositū est verū et necessariū. ergo ꝯñs est impossibile. Antecedēs pbatur sic. hoc est necessariū omne nō coloratū est nō albū. vt patet per exponētes.

Ad istud respōdet quod cōuersio ppositionū particulariū negatiuarum per cōtrapositionē nō est generaliter trahēda in ꝯñam. quia nunquam valet ꝯña in particularibus negatiuis. arguēdo a cōuertēte ad suā cōuersā per cōtrapositionē. nisi quando añs est impossibile vel ꝯñs necessariū. Vnde nō sequitur. quoddā homo nō est currēs. ergo quoddam nō currēs nō est nō homo masculus. posito quod nullus homo masculus sit. iuxta argumētū prius factū. Sequitur tamen homo nō est animal. ergo quoddā nō animal nō est nō homo. tamen nō sequitur gratia cōuersionis. sed quia añs est impossibile. et sic de aliis. ¶ Dicēdū tamen in vniuersalibus affirmatiuis cōuersis per cōtrapositionē teneri credit generaliter argumētū. preterquam in terminis trāscēdētibus cuiusmodi sunt tales termini. scilicet ens, vnū res, et aliquid. Vt sequitur bene. omne albū est coloratū. ergo omne nō coloratū est nō albū. tamen nō sequitur. omne ens est ens. ergo omne nō ens est non ens. propter causā predictā. Et sic patet isto modo quid generaliter est dicendū. Unde videas decimū argumentū et inuenies plenius quid sit dicēdū de talibus argumētis. et quomodo sit respondendū ad illa.

Secundo sic. hec est bona et hec est nō bona. ergo etc. Demonstrando istā. Exclusum est exclusum. et nihil aliud quam exclusum est exclusum. ergo tantum exclusum est exclusum. ꝯña patet ab exponētibus ad expositā. et similiter ꝯñs est necessariā. sicut sua vniuersalis. scilicet omne exclusum est exclusum. Et quod nō valet pbatur. quia in omni exclusiua vera et affirmatiua predicatū vere dicitur de subiecto. et remouetur de opposito subiecti. sed in ista exclusiua predicatū dicitur tam de subiecto quam de opposito subiecti. ergo exclusiua falsa. Antecedēs pbatur per minori. quia oppositū subiecti est exclusū. ergo

hoc predicatū exclusum dicit de opposito subiecti. ꝛ istud est predicatū exclusiue. ergo predicatū exclusiue dicitur de opposito subiecti. ꝗ ꝛc. Antecedēs ꝓbat sic. q꞉ ille terminus nō exclusū est exclusum a predicatōe istius ꝓdicati exclusū. ꝛ iste terminus nō exclusū est oppositū subiecti. ergo oppositū subiecti est exclusum.

Ad istud dicat ꝙ argumentū est bonū. ꝛ negetꝙ predicatū istius exclusiue vere dicit de opposito subiecti. ꝛ quādo arguit sic oppositū subiecti est exclusum. ergo iste terminus exclusum dr̄ de opposito subiecti. neget argumētū. nā dicto oppositū subiecti est iste terminus nō exclusum. q꞉ nō dicit iste terminus exclusum de illo termino nō exclusum. nec ꝑ ꝯn̄s de opposito subiecti cū solū ille terminus nō exclusum sit oppositū subiecti vel sibi synonymus. sed in ista ꝓpōne data. dicit ille termin⁹ exclusū de illo termino oppositū subiecti. ꝛ nō de opposito subiecti. cum sic dico. ille terminus nō exclusum est exclusum. nō dicit ille terminus exclusū de illo termino nō exclusum. sed de isto termino. ille terminus non exclusum. qḋ dicitur subiectū. ¶ Et conformiter cōtingit arguere ꝛ respondere de tali exclusiua. Tantū ens est ens. ille termin⁹ non ens (q̄ est oppositū eiusdē) est ens. ꝗuis sit falsū ꝙ nō ens est ens. sic falsum est. ꝙ nō exclusum est exclusum ꝛc. ¶ Et si arguitur sic. ꝙ oppositū subiecti est exclusum. ꝛ nō exclusum est oppositū subiecti. ergo nō exclusum est exclusum. ¶ Ad hoc dicatur ꝙ si subiectū minoris. scꝫ nō exclusum. qḋ est oppositū subiecti sumatur materialiter nō valet argumētū. cū in ꝯsequente necsumit significatiue. ꝛ ꝑ ꝯn̄s hic mutat suppositio. Si tñ subiectū minoris sumit significatiue. tunc minor est falsa. ꝛ eius ꝯtrariū est verū. videlicet exclusum est oppositū subiecti. Similiter ꝑ suā conuersionem. nec est incōueniens cōcedere ꝙ exclusum est oppositū subiecti in suppositione ꝑsonali vel significatiua. tñ nō exclusum est oppositū subiecti in suppositiōe materiali. ita ꝙ ille sit sensus. videlꝫ ille terminus nō exclusum est oppositū subiecti. tales enī termini scđe impositionis sunt nōia noīm que limitant suppositionē materialē. cuiusmodi sunt tales. nomē/ verbū/ dictio subiectū ꝛ predicatū. ꝛ oppositum subiecti. ¶ Et si queratur q̄d excluditur ꝑ dictā exclusiuā aut quid includitur. sicut cōiter solet queri. ponēdo ꝙ nihil excludatur nisi qḋ excluditur ꝑ dictionē exclusiuā. scꝫ tantū exclusum est exclusū. certum est ꝙ casus positus est impossibilis. ꝗtum tamen ad conclusionem dicitur ꝙ excluditur oīs talis predicatio. Non exclusum est exclusum. Sicut quelibet talis includitur. exclusum est exclusum. Unde propter hoc dicitur dictio exclusiua. quia excludit in exclusiua vera ꝛ affirmatiua predicationē predicati de opposito sui subiecti. Sic enim dicto tantum homo currit. excluditur hec predicatio. quod non est homo currit. sicut in hoc. tantū homo non currit.

excluditur hec predicatio: quod est homo currit

Tertio ad eandem conclusionem arguitur sic

¶ Ista cōsequētia est bona. Sortes curret et nihil aliud a sorte curret. ergo tantū sortes curret. et eadem nō valet. ergo etc. Et quod sit bona probatur. quia arguitur ab exponentibus ad expositum. ergo etc. Et quod nō valet probatur. et pono quod sortes cras curret. ita quod nihil quod est in tempore sortis curret. et post corruptionē sortis generātur noui homines. ita quod illi currant in temporibus suis. tunc patet quod prima pars antecedentis est vera. Et quod secunda pars antecedētis sit vera probatur. quia eius oppositum est falsum. videlicet aliquid aliud a sorte curret. vel si aliquid aliud a sorte curret. sit plato. Tunc quero an plato erit in tempore sortis an non. Si erit in tempore sortis. tunc sequitur ex casu quod nunquam curret. et per cōsequens non erit verū. aliud a sorte curret. Et si plato nō erit in tēpore sortis. ergo nunquam erit aliud a sorte. quia ad oēm alietatē requiritur existētia extremorū. et per cōsequēs nō pro illo verificatur quod aliud a sorte curret. et per cōsequens secūda pars antecedētis est vera. et quod cōsequens sit falsum probatur. quia quod nō est nec quod erit sortes curret. ergo falsū est quod tantū sortes curret. ¶ Item sequitur tantū sortes curret. ergo omne cursurū est vel erit sortes. cōsequentia patet. ab exclusiua ad suū vniuersale in terminis etc. est cōsequētia bona. sed cōsequens est falsum. ergo et antecedens.

Ad istud dicatur: quod argumentū primū nō valet.

nec arguitur ab exponentibus ad expositū. quia generaliter quelibet exclusiua debet exponi per negationē. isto modo. tantum sortes curret. sortes curret. et nihil nō sortes curret. Vel in secūda exponente si verbū sit ampliatiuū. sic debet exponi. vel quod non est vel erit sortes curret. Sed quod secunda exponens sit falsa patet in casu dato.

Conformiter nō sequitur. hoc instans erit instās

et nihil aliud ab hoc instanti erit instās. ergo tantum hoc instans erit instās denotādo vnū instans futurū. Sed secūda exponēs erit. vel quod nō est hoc instans. vel erit hoc instās. vel nō quod non est hoc instās. vel erit hoc instans. quod falsum est sicut exclusiua.

¶ Et conformiter sequitur de talibus.

Tantū A desinit esse propositio vera. Et pono quod A iam sit propositio vera. et quod nunquam ante hoc fuit vera. nec vnquam post hoc erit vera. et quod B iam non sit vera. sed immediate ante hoc fuit vera in casu posito. sequitur dictam propositionē forte falsam. cū tamen sit verū. nihil aliud ab A desinit esse propositio vera. et sic de aliis.

¶ Nota expositionem talium propositionum

Alii tamen exponūt tales propositiones sic. sortes curret. et nihil aliud quam quod est vel quod erit sortes curret. quod sit falsum. de multis enim erit

verum q̄ quilibet istorum in casu prius posito est vel erit aliud q̄ ē vel erit sortes quorū nullū est verum q̄ ille ē vel erit aliud a sorte ꝛ sic de multis aliis. ¶ Sed tertio respōdēt alii dicentes q̄ prima ɔña ꝛ quelibet talis ɔña est bona et dicūt q̄ ista in casu posito est vera. tm̄ sortes curret. et negant istam ɔñam ad quod non est nec erit S. curret ergo non tantū. S. curret quia equipollens opposito exclusiue est hec. sortes nō curret vel aliquid aliud a sorte curret quarū vtraq̄ est falsa in casu dato et negant cōformiter istā ɔñam. tm̄ sortes curret. ergo omne cursurū est vel erit sortes. sed hec est sua vniuersalis. omne quod curret cum sorte in tempore sortis per quod sortes erit est vel erit sortes. et tunc est vera sicut sua exclusiua. ¶ Eligat respōdens quā respōsionē velit suscipere et sustinere.

Quarto ad eandē arguitur sic. Hec ɔña ē bona nihil aliud ab homine currit. ergo tm̄ hō currit. et hec eadē nō valet. ergo ꝛc. q̄ sit bona ꝓbatur. q2 sequitur nihil aliud ab hoīe currit: ergo nullum currens est aliud ab hoīe. ɔña p3 a cōuertente ad suam cōuersam in cōuersione simplici et sequitur nullū currens est aliquid ab hoīe. ergo nullū currens est non hō. ɔña p3 q2 ex opposito consequentis sequitur oppositū antecedentis. q2 sequitur aliquid currens est nō hō. ergo aliquid currens est aliud ab hoīe. et vltra. nullum currens est nō homo. ergo nullum currens non est homo. ɔña patet ab affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuā de predicato finito est ɔña bona. Tunc vltra. nullum currens nō est homo. ergo omne currens est hō. ɔña patet ab equipollente ad suū equipollēs ergo ꝛc. Et vltra. omne currens est homo. ergo tm̄ homo currit. ɔña patet ab vniuersali ad suā exclusiuā. et sic a primo ad vltimum nihil aliud ab homine currit. ergo tm̄ homo currit. ¶ Ideo ꝓ ista cōsequentia dicitur q̄ nō valet. et pono q̄ nihil currat. tunc aīs est verum et ɔñs falsum. Ad idē dicatur negando ɔñam ꝛ cōcedantur oēs cōsequentie intermedie vsq̄ ad istam. nullum currens est non homo. ergo nullum currens non est homo. et negetur illa q2 nō arguitur sm̄ regulā. scilicet ab affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuā de p̄dicato finito. sed in ꝓposito non arguit̄ sic. et ideo ɔña non valet sed arguitur a negatiua de p̄dicato infinito ad affirmatiuam de p̄dicato finito. ergo ꝛc.

Quinto ad eādem arguit̄ sic. Hec cōsequētia ē bona. Aliquid videns illū hoīem nō est asinus. ꝛ ille est aliquis homo. ergo aliquid videns aliquē hominē nō est asinus. et hec eadē non valet ergo ꝛc. q̄ sit bona probat̄. q2 arguit̄ ab inferiori ad suum superius cū negatione postposita et cum debito medio. ergo bona Et q̄ nō valet probatur. et pono q̄ ille homo demōstratus in aīte nō videat̄ ab aliquo q̄ gratia argumēti sit. P. et q̄ sortes videat̄ ab asino et a nullo alio et q̄ nihil videat hominē nisi asinus. iam p3

q antecedēs est verū videlz aliquid vidēs istū hominē nō eē asin⁹ demōstrando vt prius. q: nihil videns istū hoiez est asinus. q: nihil videt istū hoiem per casū. et minor patet ex casu et ꝯñs est falsum. q: eius oppositū sequit ex casu videlz oē vidēs hoiem est asinus. et per ꝯñs argumētū nō valet. ¶ Ad istud dicit negando primū argumentū. quia nō arguitur cum debito medio. sed sic debet argui. aliquid videns istū hominē non est asinus. et iste est aliquis homo visus ab aliquo. ergo ꝛc.

Et cōformiter talis est fallatia per singulos casus vt in genitiuo nō sequit. aliquis asinus illius viri non currit. et iste ē aliquis vir. ergo aliquis asinus alicuius viri nō currit. q: posito q ille homo mōstratus in añte nō habeat asinū et q oīs asinus currat. idō oportet addere in minore q ille est aliquis habens asinū ¶ In datiuo nō sequit aliquis seruus seruiens huic homini nō est bonus. et ille est aliquis homo. ergo aliquis seruus seruiēs alicui hoi nō est bonus. posito q quilibet seruus seruiēs alicui hoi sit bonus. et q huic demōstrato añte nō seruit aliqs seruus. ¶ In accusatiuo nō sequit. aliquis seru⁹ odiens istū dñm nō oditur a te. ꝛ ille est aliqs dñs. g aliquis seruus odiens aliquē dñm nō odit a te. Posito q qlibet seruus odiens aliquē hoiem odiat a te. et q nullū hominē nō odiat aliquis seruus. ¶ In ablatiuo nō sequit. aliquis hō vtens hoc instrumēto nō est prudēs. et hoc ē instrumētū. g aliqs hō vtens aliquo instrumēto nō ē prudēs. posito q hoc instrumētū demonstratū in añte nō sit vsitatum. et q oīs vtens instrumēto sit prudens. iam añs est verū et ꝯñs falsum. ideo illud erit mediū ad hoc q valet ꝯñs. et hoc est instrumētū vsitatū ab hoie. ꝛ ideo addenda sunt talia media sic. aliquis asinus istius viri nō currit. et ille est aliquis vir habēs asinū ergo ꝛc. Aliquis seruus seruiēs huic dño nō est bonus. et iste est dñs cui aliquis seruus seruit. ideo ꝛc. Et ex isto satis ptz q nō sequit si particulares cōuertant sunt ꝓpōnes cōuertibiles q vniuersales que eis correspōdent cōuertātur. vt ista cōuertunt. aliquis asinus istius viri currit. ꝛ alicui⁹ viri asinus currit et tñ ista differūt. cuiuslibet viri asin⁹ currit. et quilibz asin⁹ viri currit. In negatiuis tñ ꝓpter negatiōis violentiā nō refert. vt idē ē dicere. nullus asinus viri currit. et nullus viri asinus currit.

Sexto arguit sic. Illa cōsequētia est bona. precise sicut est sigt aliqua ꝓpō g oīs ꝓpō ē vera. et hec eadē nō valet. g ꝛc. q sit bona ꝓbatur ex opposito ꝯñtis sequit oppositū añtis. g ꝛc. q: sequit aliqua ꝓpō nō est vera. g pcise sicut nō est sigt aliqua ꝓpō vel nō sicut ē sigt aliq ꝓpō. qd est oppositū añtis cū oppositū exclusiue debet dari per vnā disiunctiuā factā ex oppositis partiuz exponentiū. ¶ Et q nō valet ꝓbat. et pono q multe sunt ꝓpōnes vere et multe false tunc patet q consequēs est falsū et añs verū ꝓ- Primo sic arguitur B

ho q: precise sicut est sigñt ista ꝓpõ deus est. et illa est aliqua ꝓpo-
Secūdo sic arguitur B
sitio. ergo ꝛc. Item sic. oīs ꝓpõ significat sicut est cum oīs ꝓpõ sigñt qualitercūq; sequitur ad illā. vt suppono q: ista. homo ē asinus sigñt hoīem esse. et per ꝯñs sigñt sicut est. et sic de qualibet alia ꝓpositiõe falsa. ergo precise sicut est significat aliqua ꝓpõ. ꝯñā patet ab vniuersali ad suam exclusiuam.

Rñsio ad A
Ad istud dicat͛ principale argumētū est bonū ꝛ negetͬ primū argumētū in oppositū q: arguitͬ ab inferiori ad suū superius a parte predicati cū dictiõe habēte vim negationis. idõ ꝯñā
Rñsio ad B
nõ valet. et similiter negetͬ scdm argumētū. nec est ista sua vniuersalis. videlꝫ oīs ꝓpõ sigñt q̄litercūq; ꝛc. sꝫ hec q̄litercūq; sigñt aliq̄ ꝓpõ sic ē. que est falsa. q: ex ista sequitur p̄cise sicut est sigñt aliqua ꝓpõ qd est falsum et tamē ista vniuersalis: oīs ꝓpõ sigñt sicut est cōuertitur cum ista exclusiua p̄cise significans sicut est aliqua ꝓpositio. et conformiter sequitur precise sicut est significat omnis ꝓpositõ ergo oīs propositio est vera. posito q̄ omnis ꝓpositio ratione sue partis significat qualitercūq; eius pars significat sed hoc negato non valet argumentum.

Similiter posito q̄ iste due ꝓpõnes sint oēs ꝓpositiões. hõ ē. ꝛ hõ ē asinus. tūc ptꝫ q̄ p̄cise sicut est sigñt oīs ꝓpositio. et nõ aliter q̄ est significat oīs ꝓpõ. Maior ptꝫ q: hoīeꝫ esse sigñt oīs ꝓpõ. et sic ē sicut sigñt. ꝙ ꝛc. Minor etiā ptꝫ cū eiꝰ oppositū sit falsum videlꝫ sicut nõ ē sigñt oīs ꝓpõ. q: tūc sicut nõ est significat ista ꝓpositio hõ est. que est cōtra primā viā. Ista eñ homo ē. sigñt secūdarie cesarē eē corruptū sicut ista. deꝰ ē rõne sui verbi oē significabile significat esse nõ tñ ex hoc sunt vere neq; false so[l]ū ꝓpter primaꝫ et nõ ꝓpter secūdā significatiõem verificant͛ et falsificātur ꝓpõnes. tñ respõdens elegat viam plus sibi placentē.

Nota q̄ ille terminꝰ sicut aliqñ stat sub habitudine accusatiui casus. et sic idē ē dicendū A significat sicut est. i. eius vel veritatē seu significatū qd vel que ē. et illo modo famose intelligit͛. Alio modo stat sub habitudine ablatiui casus. et sic est idē dicere. A significat sicut est. A significat modo quo est. ꝛ isto modo põt cōcedi q̄ oīs ꝓpositio significat p̄cise sicut ē. q: significat p̄cise eo modo quo est sicut dicēs q̄ ego sedeo sicut vos sedetis. i. eo modo quo vos sedetis ego sedeo. Et aliqñ notat identitatē in modo significādi vt hoc A significat sicut hoc B. significat. i. idem dicere q̄ significat idē significatū q̄ B. significat. Et aliqñ dicit similitudinē in modo significandi vt hoc A. sigñt sicut B. significat. i. simili modo quo B. significat. Unde in talibus A. significat sicut ē. credit͛ q̄ hoc verbū est stat impersonaliter. Huius grāmatici dicūt q̄ nõ tenet͛ impersonaliter nisi qñ tenet͛ pro pertinet vel interest. vt patet multociēs.

Septimo arguitur sic. Hec ꝯsequētia est bona Omne quod curret incipit incepit vel incipiet currere. sortes albus curret. ergo sortes albus incipit incepit incipiet currere. et hec eadem non valet. ergo ꝛc. q̄ sit bona ꝓbatur est sillogismus in Darii. ergo ꝛc. Et q̄ nō valet. probatur et pono q̄ sortes iā currit et ante hoc currebat et post hoc curret. ꝛ q̄ iam nō sit albus nec vnq̄ prius fuit albus. sꝫ post hoc erit albus. et pono q̄ postq̄ cessauerit a cursu nunq̄ curret nec incipiet currere. tūc pꝫ q̄ maior ē vera p̄ eius exponētes et minor probat᷑. q: hoc curret demōstrādo sortē. et hoc est vel erit sortes albus ergo ꝛc. patet ꝯsequētia a resoluētib⁹ ad resolutū. et q̄ ꝯn̄s sit falsū probat᷑. quia sortes albus nunq̄ incipiet currere. nec qui fuit sortes albus incipiet currere cū nō sit albus nec ōn hoc fuit albus. sed post hoc erit albus per casum. et per istud nō incipit nec incipiet currere. quia per casum cū semel cessauerit a cursu nunq̄ curret. ergo ꝯsequētia non valet.

Ad istud dicit᷑ negādo ꝯn̄am nec ē sillogismus sed est ꝑalogismus. mutatur eñ quid in quale p̄ hoc adiectiuū alb⁹ qđ significat qualitatē de qua nō fit mētio in maiori. sed sequitur ex illis p̄missis q̄ aliqđ qđ ē sortes albus vel erit sortes alb⁹ incipit incepit vel incipiet currere. ¶ Et ꝯformiter nō valet hoc argumētū. quicquid currit curret. oīs hō currit. ergo oīs homo curret. Posito q̄ oīs homo existēs currat. ita q̄ post hoc aliquis hō generetur qui nunq̄ curret. hic mutat᷑ eñ suppositio in minore et in ꝯsequēte siue in ꝯclusiōe tū in minore subiectū supponit ꝓ p̄sentibus ad bonū intellectū et in ꝯclusiōe indifferēter pro p̄sentibus ꝛ futuris bene tū sequitur ex premissis q̄ oīs hō qui est curret et nō valet argumentū. Et ꝯformiter quicquid fui heri hodie sum. currēs fui heri ergo currens hodie sum. posito q̄ iam sedeam.

Aliter tamen potest respōderi ꝯcedendo primā ꝯsequentiam nec tūc in casu posito añs est verū et ꝯn̄s falsum imo ꝯn̄s est verū. et tunc tenet᷑ ꝓ vnica cathegorica. et debet verificari ꝯiunctim more vnius cathegorice de disiūcto predicato. vt sic hoc incipit incepit vel incipiet currere. hoc est vel incipit incepit vel incipiet esse sortes albus. ergo ꝛc. tenendo tū primā viā sumit᷑ ꝯn̄s pro vna disiunctiua facta ex tribus cathegoricis. quib⁹ equipollent. sic ꝯsequens est falsum.

Octauo arguit᷑ sic. Hec ꝯsequētia est bona Vos creditis p̄esse q̄ aliqs hō decipit᷑. ergo aliquis hō decipit᷑ et hec eadē nō valet. ergo ꝛc. q̄ sit bona. ꝓbat᷑ oppositū ꝯn̄tis repugnat añti nā ista duo formalit᷑ repugnāt. vos creditis p̄esse q̄ aliquis hō decipit᷑. et tū nullus hō decipit᷑. q: sequit᷑ vos creditis p̄esse q̄ aliqs hō decipit᷑. et null⁹ hō decipit᷑. ergo vos creditis p̄esse falsū: q: nō est. ꝛ p̄ ꝯn̄s

vos decipimini. ꝙ vos creditis precise sicut nõ est. ꝙ aliquis hõ decipit. ꝛ ꝑ ꝯñs prima ꝯña est bona. qḋ est oppositũ alterius partis.

¶ Et ꝙ non valet ꝓbo. ꝛ pono ꝙ vos credatis precise ꝙ aliqs homo decipit. ita ꝙ nullus hõ alius a vobis decipiat. iã añs est verũ ꝑ casũ ꝛ ꝯñs falsũ cũ eius oppositũ sit verũ ꝓbat sic. nec vos decipemini. nec aliqs alius a vobis decipitur. ꝛ vos estis aliqs homo. ergo nullus hõ decipitur. Maior ꝓbatur sic. vos creditis precise sicut est. ergo vos nõ decipemini. Antecedens ꝓbat sic. vos creditis ꝙ aliquis hõ decipit. ꝛ sic est ꝙ aliquis homo decipitur. ergo ꝛc.

Ad istud dicatur cõcedendo cõsequẽtiã ꝛ ꝑ improbatione admittatur casus ꝛ negetur ꝙ vos nõ decipemini. ꝛ cõcedatur ꝙ aliquis hõ decipitur. ꝛ qñ arguit sic. Vos creditis precise ꝙ aliquis hõ decipitur. ꝛ sic est. ergo vos creditis precise sicut ẽ. ꝛ ꝑ ꝯñs vos nõ decipemini. negetur ꝯña sicut nõ sequitur vos creditis ꝙ aliquis hõ decipit. ꝛ sic est ꝙ aliquis hõ decipit. ergo vos creditis precise sicut est. qꝛ posito ꝙ tm̃ sortes currit. ꝛ ꝙ vos creditis precise ꝓ. currere. Sed est intelligendũ ꝙ ad hoc ꝙ argumentũ valeret oportet addere istud mediũ. ꝛ sic est ꝙ iste idem hõ decipitur quẽ vos creditis decipi qḋ non est verũ. ¶ Aliter tñ solet rñdere magis secure. negãdo casũ ꝙ ego credo precise ꝙ aliqs hõ decipitur. qꝛ nõ stat me credere aliquẽ hoiem decipi nisi credam ipm aliter credere ꝙ̃ est. ꝛ sic cessat efficacia argumenti. nunꝙ̃ tñ fit ꝯña bona ꝛ formalis generaliter vel specialiter. ideo nõ ẽ magna cura.

Nono arguit sic. Hec cõsequẽtia est bona. A iã non est verũ sed imediate ante hoc A fuit verũ. ergo A desinit esse verũ. ꝛ hec eadẽ nõ valet. ergo ꝛc. Qḋ sit bona ꝓbatur. qꝛ arguitur ab exponẽtibus ad expositũ. ergo ꝛc. Et ꝙ nõ valet ꝓbatur. ꝛ capio horã elapsam cuius hoc instans sit vltimũ instãs demõstrãdo istãs qḋ est presens. Et diuido istã horã in partes ꝓportionabiles minores ꝓportione dupla versus hoc instans qḋ est presens. ita ꝙ prĩa eius medietas sit prima pars ꝓportionalis ꝛ prima medietas. secunde medietatis sit secunda eius pars ꝓportionalis. ꝛ prima medietas tertie medietatis sit tertia eius pars ꝓportionalis. ꝛ sic de alijs partibus vsqꝫ in infinitũ. ꝛ volo ꝙ A in qualibet parte impari vt in prima/tertia/quinta. sit verũ. ꝛ in qualibet parte pari. vt in secũda. quarta. sexta. sit falsum. cũ hoc ꝙ A sit ista ꝓpositio pars impar est ſm computationẽ ꝛ ꝙ instãs qḋ est presens sit vltimũ istãs istius hore in quo nunc A non sit verũ. tunc patet in isto casu antecedens esse verũ ꝛ consequẽs falsũ. Et ꝓbo ꝙ ꝯsequens est falsũ. quia A iam non est verum. nec immediate ante hoc fuit verũ ꝛ immediate post hoc non erit verum. ergo A non desinit esse verũ. cõsequentia patet. quia si A desinit esse verum. tunc vel nunc est verũ ꝛ immediate post hoc non erit verũ vel nunc non est verũ. sed im-

mediate ante hoc fuit verũ quoꝝ ambo sunt falsa. ꝓbatur q꞉ ime-
mediate ante hoc fuit falsum. ergo imediate ante hoc non fuit ver-
⁊ vltra ergo falsum est ꝙ imediate ante hoc fuit verũ. minor argu-
menti vltimi arguitur sic. imediate ãte hoc fuit pars par. ⁊ qñcũqꝫ
fuit aliqua pars par A fuit falsum. ergo ⁊c. ¶ Maiorem ꝓbo. q꞉a
imediate ante hoc fuit aliqua pars par. ⁊ nullũ fuit instãs ãte hoc
quin inter illud ⁊ hoc fuit pars par. ergo ⁊c. ¶ Minorẽ ꝓbo quo-
cunqꝫ instante demonstrato inter illud instans ⁊ instans presẽs fuit
tẽpus mediũ qd tẽpus cõtinebit tam ptes pares ꝙ impares. ergo ⁊c.
¶ Item sic. si A imediate ante hoc fuerit verũ. ⁊ A imediate ante
hoc fuit falsum. ergo duo cõtradictoria sunt sil' falsa. q꞉ ista A est verũ.
⁊ nullũ a est verũ. ergo p ꝯñs sunt sil' vera. Et ꝙ añs prime ꝯñe est
verũ. ꝓbo q꞉ eius prima pars ponit in casu. ⁊ scdam partẽ ꝓbo. q꞉
qñcunqꝫ fuit pars impar fuit verũ. ⁊ imediate ante hoc fuit ps im-
par. ergo ⁊c. ¶ Ad istud dicitur ꝯcedendo ꝯñam. ⁊ ꝯñs in casu posito
⁊ qñ arguit sic. si A desinit esse verũ sequitur ꝙ nunc est verũ ⁊ im
mediate post hoc nõ erit verũ. vel nunc nõ est verũ. ⁊ imediate ante
hoc fuit verũ. cõcedatur ꝯña. ⁊ ꝯñs ꝓ scda parte. ⁊ qñ obijcitur sic
imediate ante hoc a fuit falsum. ergo falsũ est ꝙ imediate ante hoc
A fuit verũ. negetur ꝯña sicut non sequitur ꝙ hec sit falsa. aliquis
homo loquitur ꝓpter hoc ꝙ aliqs homo nõ loqtur. nec sunt cõtradi-
ctoria imediate ante hoc a nõ fuit verũ ⁊ imediate ante hoc a fuit
verũ. sed hoc est eius contrariũ nõ imediate ante hoc a fuit verum
vbi negatio preponit qd cõtradicit huic immediate ante hoc a fuit
verũ. ⁊ ideo cõcedat ꝙ imediate ante hoc a fuit verũ. ⁊ immediate
ante hoc a nõ fuit verũ. negeẗ tamẽ ꝙ nõ imediate ante hoc a fuit
falsum. Et ꝓ hoc rñdetur ad scdm argumentũ qñ arguit sic. imedi
ate ante hoc a fuit verũ. ⁊ imediate ante hoc a fuit falsum. ergo simul
est verũ ⁊ falsum. negãdo ꝯñam. sed cõcedat ꝙ duo ꝯtradictoria fu
erint vera sed nõ simul fuerint vera. loquendo de simultate instan-
tanea. Nam scdm aliquos duplex est simultas. scꝫ instantanea ⁊ tẽ
poranea. Tẽporanea est ad quã sufficit existentia ꝓ eodem tẽpore
sm diuisas partes. ⁊ isto modo concedo ꝙ duo contradictoria sunt
simul vera vel imediate ante hoc fuerint falsa simul. Simultas in-
stantanea est ad quã requiruntur coexistentia ꝓ eodem instanti. ⁊
isto modo loquendi de simultate. negetur ꝙ duo contradictoria sũt
simul falsa. Et sic patet solutio.

Decimo arguitur sic. Hec cõsequẽtia est bona.

Contingit vos currere. ergo cõtingit vos nõ currere. q꞉ ꝓpõ de cõ-
tingenti ad vtrũlibet habet cõuerti p oppositas qualitates. ⁊ argu
endo a cõuertente ad suã cõuersam est ꝯña bona. ⁊ ꝙ nõ valet pro-
batur. q꞉ si illa valeat. tunc valeret eius cõuersa. sed sic nõ. ergo ⁊c.
⁊ ꝙ nõ valet ꝓbatur sic. ⁊ pono ꝙ vos nõ illis. tunc patet ꝙ antece

dens est verū ⁊ ꝯñs falsum. ⁊ q̄ añs sit verū ꝓbatur. quia eius op
positū est falsum. s. necesse est vos currere. Item impossibile est
vos currere. ergo cōtingit vos non currere. patet ꝯñia a subalternā
te ad suā subalternatā. ⁊ añs est verū in casu q̄ vos nō sitis cū a pu
ra priuatione ad habitū impossibilis est regressio. ⁊ ꝯñs est falsum
quia eius oppositum est verū. s. impossibile est vos currere. ḡ ⁊c.
¶ Pro isto dicatur distinguendo de illo termino cōtingit. q: aliqñ
inuenitur cōuertibilis cū isto termino possibile. ⁊ aliqñ cū hoc ver
bo est supplens vicē ꝑ circūlocutionē huius verbi pōt. ⁊ idē est di-
cere. cōtingēs est. ⁊ possibile est. ⁊ ꝯtingit esse. ⁊ potest esse. Et isto
modo oē qd̄ est possibile est ꝯtingēs. vt ꝯtingit q̄ deus est. i. est im
possibile q̄ deus est. ⁊ isto modo ꝓpō de ꝯtingenti subalternatur
ꝓpōni de necessario cū eodē dicto vel synonymo. vt necesse est deū
esse ⁊ cōtingit deū esse subalternant. ⁊ illa cōtingit deū esse ⁊ impos
sibile est deū esse cōtradicūt. Et silr cōtingit deū esse ⁊ ꝯtingit deū
non esse subcōtrariant. ⁊ ista cōtingit deū non esse subalternat huic
impossibile est deū esse ⁊ quo ad equipollentias. De prepositione
⁊ postpositione negationis in istis modalibus dicēdū est sicut i ꝓ-
positiōibus de inesse. vt patebit ꝓ primo argumēto. ⁊ isto mō dicit so
let. Contingēs nō valēs ad oppositū. q: nec talis ꝓpō de ꝯtingenti
isto mō debet cōuerti ꝑ oppositas qualitates. Et quo ad cōuersio-
nes taliū ꝓpōnum sic stantiū in figura. debēt eedē regule obserua
ri que seruātur in ꝓpōnibus de inesse. vt cōtingit nullū hoīem esse
aīal. ergo cōtingit nullū aīal esse hoīem masculū. ⁊ sic etiā fit cōuer
sio ꝑ accidēs. Cōuersio ꝑ cōtrapositionē tenet in aliquibus. sed non
vniuersaliter. nec ē vera credo suppositio approbata a philosopho.
In primo eni prioꝝ recitat Aristoteles cōuersionē vniuersalis ne-
gatiue ⁊ particularis affirmatiue simpliciter cōuertunt. ⁊ vniuersa
lis affirmatiue ꝑ accidēs. Sed certe ibidē dicit q̄ ꝑticularis nega-
tiua nō cōuertit. ⁊ ꝓpter hoc q̄ alij volunt tenere cōuersionē ꝑ cō-
trapositionē q̄uis nō habet a philosopho. Dicūt eni q̄ vniuersalis
affirmatiua ⁊ ꝑticularis affirmatiua debēt cōuerti ꝑ cōtrapositōem
preterq̄ in terminis transcēdentibꝰ ⁊ hoc generaliter vt bene seq-
tur. oīs homo est aīal. ergo omne nō aīal est nō homo. homo ē aīal.
pliciter. scz ſm intensionẽ. et ſm extensionẽ sunt illa que terminant
ad eundẽ punctũ in quantitate. sed illa sunt immediata scdm inten
tionẽ que terminant ad eundẽ gradũ in qualitate.

Qualitas vniformiter difformis est illa cuius
oẽs partes que sunt imediate ſm extensionẽ. sunt imediate ſm in-
tentionẽ, ꝛ terminant ad eundẽ gradũ. nã ille gradus ad quẽ termi
nant ille partes. est intensissimus. quia nõ est in parte intensiori. et
ille gradus ad quẽ sic terminatur est intensissimus eorum. quia nõ
est in parte intensiori. Et dicitur remississimus qui non est in parte
remissiori. sed quilibet gradus intensior illo est in parte intẽsiori ci-
tra certum gradum in gradũ summũ. ideo ille dicitur intẽsissimus
qui non est in parte intensiori. et etiam ille gradus est remississim⁹
qui non est in parte remissiori. quia ille nõ est in parte remissa. sed
quilibet illo remissior est in parte remissiori

Omnis qualitas vniformiter difformis termi
natur ad duos gradus. videlicz ad nõ gradũ. et ad gradũ sũmũ. Tñ
quelibet latitudo terminata ad duos gradus. quorũ neuter est sum
mus ordinat ad vnũ ſm extremũ sui intensius. et ad aliũ gradũ ſm
extremum sui remissius. et ille gradus ad quẽ terminat ſm extre-
mũ sui intensius. dicitur remississimus. quia non est in ista latitudi
ne. Nam ille gradus nõ est in illa latitudine. sed quilibet illo remis
sior citra certum gradum est in ista latitudine. ergo ꝛc. Et ille gra-
dus ad quẽ terminatur ſm extremum sui remissius dicitur intẽsissi
mus. qui non est in ista latitudine. ¶ q2 sit sic arguitur. iste non est
in ista latitudine. sed quilibet illo intensior citra certum gradum est
in illa latitudine. ergo ꝛc.

Quelibet qualitas vniformiter difformis ter-
minat ad duos gradus ad quos terminatur extensiue. sed qualitas
difformiter difformis aliquando terminatur ad duos gradus exten
siue. et aliquando intensiue. ¶ Qualitas vero vniformis non termi
natur sed potius terminat. quia qualitas vniformis se habet ꝑ mo

dum termini. Quelibet qualitas vniformiter difformis seu latitudo q̄ idem est correspondet gradui suo medio etiam est equalis intentionis cū gradu suo medio et minus intensa q̄ sua medietas intensior et magis intensa q̄ sua medietas remissior. Unde latitudo a non gradu ad gradum medium. vt octo est equalis inte̅ctionis cum qualitate vniformi. vt quattuor. et sic de aliis.

Motus dicitur quadrupliciter. Motus vniformis. motus difformis. motus vniformiter difformis. et motus difformiter difformis. ¶ Motus vniformis est ille motus per quem in tempore equali, spacium pertransitur equale. Unde mouere vniformiter est tantum spacium pertransire in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. ¶ Motus difformis est talis per quem in tempore equali spacium pertransit̄ inequale. Unde mouere difformiter est plus de spacio pertransire de tempore q̄ in alio sibi equali. ¶ Motus vniformiter difformis est quando vniformiter acquiritur latitudo motus. vel vniformiter deperditur latitudo motus. Unde mouere vniformiter difformiter est vniformiter acquirere latitudinem motus vel vniformiter deperdere latitudinem motus ¶ Motus difformiter difformis est quando difformiter acquiritur latitudo motus vel difformiter deperditur latitudo motus. Unde mouere difformiter difforme est difformiter acquirere latitudinem motus. vel difformiter perdere latitudinem motus. Et quot modis dicitur motus tot modis dicitur intentio motus et remissio motus quia sicut motus se habet ad spacium ad extra. sic se habet intentio motus ad latitudinem ad infra. et sicut per motum acquiritur spacium ad extra. sic per intentionem motus acquiritur latitudo ad infra. ideo intentio est acquisitio latitudinis motus. Et intendere motum est acquirere latitudinē motus. Remissio motus est deperditio latitudinis motus et remittere motum est deperdere latitudinem motus.

Unde intentio motus dicitur quadrupliciter. scilicet vniformis/difformis/vniformiter difformis/ꝛ difformiter difformis. ¶ Intentio motus vniformis est quando in tempore equali latitudo motus acquiritur equalis. ¶ Intentio motus vniformiter est tantum de latitudine motus acquirere in vna parte tēporis sicut in alia sibi equali. Remissio motus vniformis est quando in tempore equali latitudo motus deperditur equalis. Ideo remittere motū vniformiter est tm̄ de latitudine motus deperdere in vno tp̄e sicut in alio sibi equali. ¶ Intentio motus difformis est quando in tp̄e equali latitudo motus acquiritur inequalis. Uñ intēdere motum difformiter est plus de latitudine motus acq̄rere in vna parte tp̄is q̄ in alia sibi equali. Sed remissio motus difformis est quādo in tp̄e equali latitudo motus deperditur inequali. Unde remittere

motum difformiter est plus de latitudine mot⁹ deꝑdere in vno tp̄e ꝙ̄ in alio sibi equali. ¶ Intentio motus vniformiter difformis est illa mediante qua in tēpore equali latitudo motus intensionis acq̄ritur equalis. Unde vniformiter difforme intendere est motū tm̄ de latitudine intensionis motus acq̄rere in vno tp̄e sicut in alio sibi equali. Sed remissio motus vniformiter difformis est illa qua in tp̄e equali latitudo motus cōis deꝑditur equalis. Unde remittere motū vniformiter difforme ē tm̄ de latitudine motus deperdere in vna parte tēporis sicut in alia sibi equali. ¶ Jntentio motus difformiter difformis est illa in qua in tp̄e equali latitudo motus acquiritur inequalis. Unde intend..re difformiter difforme est plus de latitudine motus acq̄rere in vna ꝑte tp̄is ꝙ̄ in alia sibi equali. ¶ Aliq̄d moueri vniformiter dicitur dupliciter, scʒ quo ad tēpus et quo ad subiectū. Jllud mouet vniformiter quo ad tempus cuius punctus velocissimo motu mouet vniformiter. Jllud mouet vniformiter quo ad subiectum. cuius quelibet pars equaliter mouet cum suo toto. et sic ē difformiter moueri. Solum motus successiuus est velox et tardus, sed motus subitus non.

Quattuoꝛ modis dicit causa. scʒ materialis. foꝛmalis. efficiens. ꝛ finalis.

¶ Materialis est illa ex qua cōponit res primo ꝛ manet in re. Uñ causa materialis et materia sunt idē. ¶ Formalis est illa ꝑ quā res est talis qualis est qua posita ponit ꝛ res. ꝙ̄ ablata auffertur et res. ¶ Efficiēs est illud agens qđ cōponit illā rem vel efficit eandem. ¶ Finalis est illa ꝓpter quā res primo fiet principalit (verbi gr̄a) vt ligna lapides. et hm̄ōi sunt cause materiales domus. et talis forma resultās ex ꝯuentione partiū adinuicē est causa formalis dom⁹ Jlle carpentarius est causa efficiens domus. Sed conseruatio corporis vt a frigore ꝛ a tempestate est causa finalis domus. ꝛc̄.

Due causarum istarum sunt intrinsece et due extrinsece. ¶ Jntrinsece sunt materialis et foꝛmalis. ¶ Extrinsece sunt efficiens ꝛ finalis. Unde in primo phisicoꝝ tradita sunt tria principia rerum naturaliū intrinseca scʒ materia ꝛ forma ꝛ ꝓuatio sed due prime sunt per se. tertium vero per accidens. ¶ Et sciendū est ꝙ ꝓuatio forme inducte est qñ homo facit cultellū. et nō habet formam illius. tūc idē est ꝙ carētia forme inducte.

Modo restat dicere de figuris coꝛpoꝛū ꝓpter ꝓdictas naturales diuersimode positas. ¶ Corpus colūnare est corpus longū figuratū ad modū colūne vt postis ¶ Corpus piramidale quod est figuratū ad modū piri cuius extremū acutū vocat conus et extremū obtusum vocat basis

¶ Corpus circulare vel sphericum est corpus rotundum in cuius medio est unus punctus a quo oēs linee recte ad circūferentiā extracte sunt equales. ⁊ ille punctus vocat͛ centrū sphere vel circuli.
¶ Circumferentia sphere vel circuli est extrema superficies illius extra q̄ nihil est illius.
¶ Dyametrum circuli est linea recta extensa ab uno puncto circumferentie ad punctum sibi oppositum. que transiens per centrum dividit circulum in duos semicirculos.
¶ Semidyametrum est linea recta extensa a centro circuli ad circumferentiam eius.
¶ Semicirculus est medietas circuli.
¶ Corpus triangulū vel trigonū est corpus habens tres angulos
¶ Corpus quadrangulū est corpus habēs quattuor latera ⁊ quattuor angulos. ⁊ hoc dupliciter. Uel habet quattuor angulos rectos ⁊ oīa latera equalia. ⁊ sic est quadratum. Uel habet quattuor angulos rectos ⁊ non oīa latera equalia. ⁊ sic est quadrangulum.
¶ Corpus pentagonum est corpus habens quinq̧ angulos ⁊ q̄nq̧ latera. ⁊ sic de singulis aliis.
¶ Angulus rectus est quando una linea recta perpendiculariter ducta cadit super aliam rectam lineam.
¶ Angulus acutus est quilibet angulus minor recto.
¶ Angulus obtusus est quilibet angulus maior recto.
¶ Corpus planum est cuius superficies est plana ⁊ nullatenus acuta. ut tabula.

¶ Corporum fere omnium predictorum huiusmodi figuras invenies circa principium libri naturarum.

¶ Sequitur tractatus de proportionibus.

¶ Incipit tractatus de proportionibus.

Omnis proportio aut est cōiter dicta: aut proprie dicta: aut magis proprie dicta.


¶ Proportio cōiter dicta est duorum cōparatorum cuiuscunque generis fuerint in aliquo in quo cōparantur vnius ad alterū habitudo. et talis proportio pōt dici inter oīa equalia et inequalia. hoc est secundum magis et minus se habentia. et inter oīa similia. ideo inter ea ad que pōt esse cōparatio. aliquo modo pōt esse inter ea proportio cōmuniter dicta ¶ Proportio proprie dicta est duorum cōparatorum adinuicē eiusdē generis vnius ad alterū habitudo. sed talis proportio nō solū est inter quātitates sed etiā inter quascunque res eiusdē generis siue sīt qualitates siue sunt quantitates. et sic de ceteris reperit. ¶ Proportio magis proprie dicta solū est inter quātitates. et diffinitur sic. Est duarū quātitatū eiusdē generis vnius ad alterum habitudo. Per hoc quod dicit eiusdē generis excludit quod inter substātiā et accidēs nō est proportio magis proprie dicta. quia substātia et accidēs nō sūt eiusdē generis

Proportio magis proprie dicta dicitur duobus modis

Quedā est rationalis. et quedā irrationalis. Rationalis est illa que imediate denoīatur ab aliquo certo numero. vt proportio dupla imediate denoīatur a duobus. Proportio irrationalis est illa que mediate denoīatur ab aliquo certo nūero. vt medietas proportiōis duple imediate denoīatur a proportiōe dupla. et proportio dupla imediate a duobus ergo medietas proportionis duple denoīat a duobus. ¶ Proportio rationalis differt a proportione irrationali. quia proportio rationalis solum est inter quātitates cōmēsurabiles seu cōicātes. proportio irrōnalis solū est inter quātitates incōmēsurabiles seu non cōicantes reperit.

Quantitates aūt cōmensurabiles rōnales seu cōicantes sunt ille quibus est vna mensura cōis quālibet illarū precise mensurans sicut linea bipedalis et tripedalis. quarum vtrāque mensurat linea pedalis. Linea enim pedalis bis sumpta mensurat precise et reddit bipedale. ter vero sumpta precise mēsurat et reddit tripedale. ideo linea bipedalis et tripedalis sunt quātitates cōmmēsurabiles rationales seu cōicantes.

Quātitates aūt incōmēsurabiles irrationales seu nō cōicātes. sūt ille quibus nō est vna mēsura cōis quālibet illarum precise mēsurās. sicut dyametrū et costa quadrati. quia medietas coste quadrati bis sūpta minus reddit quam equaliter dyametrū. similiter si tersumatur magis reddit quam equaliter dyametrū. Similiter medietas dyametri bis sūpta equaliter reddit dyametrū. et si bis sumat nō mēsurat equaliter costā quadrati. patet ergo quod dyametrū et costa quadrati sunt quātitates incōmensurabiles irrationales seu nō cōicantes. ¶ Figura.



Costa quadrati.

Proportio rationalis in numeris reperit̃. & in alijs quibuscũqȝ quãtitatib⁹. Proportio irrationalis nõ inter nũeros reperit̃. sed inter alias quãtitates põt esse. ⁊ causa est. q: nõ sũt aliq̃ duo numeri significãdi quin inter illos est ꝓportio rõnalis. q: illis est vna mensura cõis quãlibet illaꝝ precise mensurãs. scȝ vnitas.

Proportio magis ꝓp̃ie dicta dicit̃ dupliciter. Quedã est equalitatis. ⁊ quedã est inequalitatis. Proportio equalitatis est duarũ quãtitatũ equaliũ adinuicem habitudo. sicut inter vnũ ⁊ vnũ duo ⁊ duo. ¶ Proportio inequalitatis est duarũ quãtitatũ inequaliũ adinuicẽ habitudo. Et hec est duplex. quedã est maioris inequalitatis. ⁊ quedã minoris inequalitatis. Proportio maioris inequalitatis est habitudo maioris quãtitatis ad minorẽ. vt duo ad vnũ. tria ad duo. Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quãtitatis ad maiorẽ. vt vnũ ad duo. duo ad tria.

Proportio maioris inequalitatis dr̃ qĩqȝ modis. Multiplex. Supparticularis. Suppartiens. Multiplex superparticularis. Et multiplex suppartiens.

Multiplex est habitudo maioris quãtitatis ad minorẽ. illã multotiens cõtinens. Et hec inspicies infinitas partit̃. Si enĩ maior numerus bis ꝯtineat minorẽ. tũc est ꝓportio dupla. ⁊ si ter tripla. ⁊ sic in infinitũ. Exẽplũ ꝓportiõis duple. vt duo ad vnũ. quattuor ad duo. Exẽplũ ꝓportionis triple. vt tria ad vnũ. ix. ad. iij.

Supparticularis est habitudo maioris quãti

tatis ad minorem semel illam cõtinens et eius partem aliquotam vltra. Pars aliquota est illa que aliquotiens sumpta reddit equaliter suum totum. Pars vero non aliquota est illa que multotiens sumpta non reddit equaliter suum totum. Ut binarius respectu quinarij. et binarius respectu septenarij et sic de singulis. ¶ Hec vero proportio infinitã recipit sectionem. Unde si maior numerus semel cõtineat minorem et medietatem minoris numeri vltra sexquialtera proportio vocatur, qualis est propportio .iij. ad .ij. sex ad quattuor nouem ad sex et sic de singulis vsque in infinitũ. Si autem maior numerus semel minorẽ numerum cõtineat. et eius tertiã partẽ vltra se sexquitertia proportio vocatur sicut quattuor ad tria. octo ad sex. xvi. ad xij. et sic in infinitum. ¶ Si autẽ maior numerus minor est numerũ semel cõtineat et eius quartã partem vltra se, sexquiquarta vocatur vt .v. ad iiij. x. ad. octo. xx. ad. xvi. et sic de alijs. ¶ Si autẽ maior quãtitas semel minorẽ et eius quintam partem contineat sexquiquinta vocatur. vt sex ad quinque. et sic procedendo vt prius in nũeris duplicãdo eos

Suppartiens proportio est habitudo maioris quantitatis ad minorẽ illam semel cõtinẽs et aliquas partes vltra ex quibus non fit aliqua pars aliquota respectu minoris numeri. Et talis proportio infinitã recipit sectionẽ. vnde si maior numerus semel minorem numerũ cõtineat. et duas partes vltra quarum quelibet est tertia pars respectu minoris numeri ex quibus nõ fit aliqua pars aliquota respectu minoris. talis proportio dicitur superbipartiẽs tertias vt .v. ad. iij. x. ad. vi. xx. ad. xij. et sic in infinitũ. ¶ Si enĩ maior numerus semel minorẽ cõtineat et tres partes aliquotas vltra. ex quibus nõ fit vna pars aliquota respectu minoris quantitatis quarum quelibet est quarta pars respectu minoris. dicitur proportio supertripartiens quartas qualis est hec proportio. vij. ad. iiij. etc. ¶ Et si maior quantitas semel cõtineat minorẽ et tales tres partes vltra quarũ quelibet est quinta pars respectu minoris quantitatis. dicitur proportio supertripartiens quintas. vt octo ad quinque. etc.

Multiplex superparticularis ẽ habitudo maioris quantitatis ad minorẽ illã multotiens cõtinens. et eius partẽ aliquotã vltra. Unde si maior numerus bis continet minorẽ et eius medietatem vltra. proportio dupla sexquialtera vocatur. Si ter minorẽ cõtineat proportio tripla sexquialtera. Exemplum primi. v. ad. ij. x. ad. iiij. exemplũ secundi. vij. ad. ij. xiiij. ad. iiij. Si enĩ maior numerus bis minorem numerũ cõtineat. et eius tertiam partẽ vltra proportio dupla sexquitertia vocatur. vt septem ad tria. et dupla sexquiquarta. vt nouem ad quattuor.

Multiplex vero superpartiẽs est habitudo maioris numeri ad minorẽ illam multotiens continẽs ad aliquas par-

tes vltra ex quibus non fit vna pars aliquota respectu minoris numeri. ¶ Unde si maior numerus bis minorem cótineat ꝛ duas partes vltra. quarum quelibet est tertia pars respectu minoris numeri. Unde si maior numerus bis minorem contineat. et duas partes vltra. quarum quelibet est tertia pars respectu minoris numeri. dicitur ꝓportio dupla supbipartiens tertias. qualis est hec ꝓportio octo ad tria. ¶ Si vero maior numerus ter minorē cótineat et tres partes vltra. quarū quelibet est quarta pars respectu minoris numeri. ex quibus nō fit vna pars aliquota respectu minoris numeri dicitur ꝓportio dupla supertripartiens quartas. qualis est hec proportio inter vndecim et quattuor.

Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quātitatis ad maiorem. cuius tot sunt species quot sunt ꝓportiones maioris inequalitatis. et eisdē nominibus et consilibus appellantur isto termino sub superaddito. vt subdupla. subtripla. ꝛ sic de aliis subsuppaticularis. subsuperpartiens. Et ita de oībus aliis modis. quarū oēs diffinitiōes cū exemplis prioribus innotescunt. ¶ Ex istis notandū ē q̄ oīs ꝓportio inter duos terminos reperitur. Et scias q̄ quāta est vna quātitas ad aliā tanta est vna ꝓportio ad aliā. vt manifestum est.

¶ Hec de ꝓportiōibus nunc de ꝓportionalitate dicetur.

MOdo sequitur secūda pars hui⁹ capituli. q̄ de ꝓportionalitate ꝓportionū determinat.

Proportionalitas est ordo ꝓportionū. et dicitur Tripliciter. scz ꝓportionalitas arithmetrica/geometrica/et armonica. ¶ Proportionalitas arithmetrica est quādo sunt duo termini vel plures et equalis est excessus p̄mi ad secundū. et secūdi ad tertium. sicut duo ad tria. et sic de aliis. Ut sex ad quinq̄. quinq̄ ad quattuor. quattuor ad tria. tria ad duo. duo ad vnum. ¶ Differentia siue excessus vnius quantitatis ad aliā est illud per qḋ minor quātitas exceditur a maiori. ¶ Proportionalitas geometrica est quādo sunt tres termini vel plures et equalis est ꝓportio inter p̄mū et secundum. sicut inter secundum et tertium. Exemplum. vt octo ad quattuor. quattuor ad duo. duo ad vnum. ¶ Proportionalitas armonica est quando sunt tantū tres termini ꝛ equalis est ꝓportio inter p̄mū ꝛ secundū. sicut est inter excessū p̄mi ad secundū. ꝛ secundi ad tertium. Exemplū sex quattuor et tria inter sex et tria est ꝓportio dupla. ꝛ inter duo que est excessus p̄mi ad secundū. ꝛ vnū que ē excessus scdi ad tertiū est ꝓportio dupla. ergo eadem est proportio inter p̄mū et tertium que est inter differentiam p̄mi ad se

tundum, secundi ad tertium.

Et iste proportionalitates differunt adinuicem. quia tam arithmetrica quam geometrica in tribus terminis ad minus reperiunt et in quibuscumque numeris pluribus. sed armonica tantum in tribus terminis reperitur. et in alio etiam differunt. quia vltima. scilicet armonica semper cotinua manet. sed arithmetrica et geometrica possunt esse discotinue et cotinue. ¶ Proportionalitas arithmetrica cotinua est equalitas differentiarum per terminum comem vel terminos coes copulata per vnum terminum comem videlicet sicut tria a duo sic duo ad vnum. Discotinua est equalitas differentiarum per nullum terminum comem copulata nec per aliquos terios coes copulata vt sicut se habet sex ad quattuor ita tria ad duo vel sicut quinque ad quattuor. ita tria ad duo ¶ Proportionalitas geometrica cotinua est similitudo proportionum per vnum terminum comem medium vel per plures terminos medios copulata per vnum terminum vt sicut se habet. iiij. ad .ij. ita .ij. ad vnum. per plures terminos. vt sicut se habet. viij. ad. iiij. ita. iiij. ad. ij. et. ij. ad. i.

Discontinua est similitudo proportionum per nullum terminum comem nec per aliquos terios coes copulata. vt sicut se habet viij. ad. iiij. ita. ij. ad. i. ¶ Medietas siue proportionalitas geometrica cotinua et discontinua differunt inter se. in hoc quod cotinua in tribus terminis vel pluribus quibuscumque inuenietur. Discontinua vero in quattuor terminis ad minus et in quibuscumque pluribus inuenitur. Aliter etiam iste differunt in hoc quod in proportione continua oportet omnes tres terminos in genere conuenire. sed in discontinua possunt aliqui termini in genere diuersari. vt sicut se habet chorda ad chordam. sic se habet sonus ad sonum. et sicut se habet hoc corpus ad hoc corpus. sic se habet hec potentia ad potentiam

PRopoportionalia sunt illa/ que in aliqua proportionalitate conueniunt. et dicuntur tripliciter. Quedam dicuntur proportionabilia proportionalitate arithmetrica quedam geometrica. et quedam armonica. Proportionalia proportionalitate arithmetrica sunt illa quorum differentie sunt equales Proportionalia proportionalitate geometrica sunt illa quorum proportiones sunt eedem vel equales. ¶ Proportionalia proportionalitate armonica sunt illa quorum extremorum et differentiarum proportiones sunt similes vel equales. et hec omnia in suis exemplis possunt per predicta patere ex quo patet quod terminarius numerus est paucissimus numerus in quo proportionalitas reperitur et nullus est maximus in quo proportionalitas existit.

Proportionalia proportionalitate geometrica dicuntur duobus modis. scilicet permutatim proportionabilia et econtrario.

Proportionalia proportionalitate permutatim Sunt illa. quorum sicut se habet antecedens vnius proportiõis ad antecedens alterius proportionis ita se hab3 cõñs vnius et cõsequẽs alterius (verbi gratia). sicut se habet octo ad quattuor. ita duo ad vnum. ergo tunc permutatim. sicut se habet octo ad duo ita quattuor ad vnum. et ideo sibi quattuor termini proportionabiles permutatim existunt et contrario. ¶ Proportionalia proportionalitate geometrica sunt illa. quorum sicut se habet consequens vnius ad antecedens suum. sic se habet consequens alterius ad antecedens suum. verbi gratia. sicut. viij. ad. iiij. ita duo ad vnum. et econtra. sicut iiij. ad. viij. sic. i. ad. ij.

Proportionalitas geometrica. dicit quattuor modis. Disiuncta scz. Coniuncta. Euersa. et econtra. ¶ Disiuncta est quorumlibet antecedentium ad sua consequẽtia separatim proportionum equalitas. vt sicut se habet octo ad quattuor. ita duo ad vnũ. ¶ Coniuncta proportionalitas geometrica est quorumlibet antecedentiũ cum suis consequentibus indisiuncta. seu proportionalitate simplici vnius antecedentis cum suo consequente ad proprium consequẽs proportionũ similitudo. vt viij. iiij. quattuor et vnũ. vt sicut se hab3 viij. et. iiij. ad quattuor. ita duo et vnũ ad vnũ. ¶ Euersa est quorumlibet antecedentiũ cũ suis cõsequentibus in disiuncta seu proportionalitate simplici vnius antecedentis cũ cõsequente ad aliud añs et cuiuslibet alterius antecedentis istarum cum suo cõñte ad proprium antecedens proportionũ similitudo. vt sicut octo et quattuor ad octo. ita duo et vnũ ad duo. ¶ Econtra est quãdo sunt duo ordines nũerorũ et in vtroque numero sunt tres vel plures termini et sicut se habet primus terminus primi ordinis ad suũ secundum. sic se hab3 primus terminus secundi ordinis ad suum secundũ. et sicut se habet secundus terminus primi ordinis ad suum tertium. sic se habet secundus terminus secundi ordinis ad suum tertiũ. vt

Octo. quattuor. duo.	8. 4. 2.	Primus ordo
Quattuor. secundo. vno.	4. 2. 1.	Secũdus ordo.

¶ Cõsimiles etiam diffinitiones proportionalitate arithmetica et proportionalibus illis proportionalitate equaliter differentiarum poterunt adoptari.

Nunc superest tertia pars huius capituli. premittens quasdam suppõnes. Prima ẽ hec Omnes proportiones sunt eedem vel equales quarum denominationes sunt eedem vel equales. ¶ Secunda suppositio est hec. si sint tres termini tantũ quorum primus est maior secundo. secũdus maior tertio. proportio primi ad vltimum componitur ex illis. hoc est. componitur ex proportione primi ad secundũ et secundi ad tertiũ.

Prima suppõ

Secũda suppõ

Tertia sup‑positio.
Quarta sup‑positio.
Quinta sup‑positio.
Sexta suppō
Septima sup‑positio.

¶ Tertia suppositio est. si sint tres termini vel plures. quoꝝ prim⁹ est maior secundo. secundus maior tertio. ꝓportio primi ad vltimū cōponitur ex illis. ¶ Quarta est hec. si sint duo equalia compara‑ta ad aliqđ tertiū. eadem erit ꝓportio inter vnū illoꝝ ⁊ illud tertiū sicut inter reliquū illoꝝ ⁊ illđ tertiū. ¶ Quīta. Si sint due quātita‑tes inequales cōparate ad aliqđ tertiū. maior erit ꝓportio mino‑ris quantitatis ad illud tertiū q̄ maioris ad illud tertiū. ⁊ econtra. maior erit ꝓportio tertij ad maiorē q̄ ad minorem. ¶ Sexta suppo‑sitio est hec. quando aliquid componitur ex duobus equalibus. il‑lud compositū est duplū ad quodlibet illoꝝ. ⁊ si fuerit compositū ex tribus. est tertiū ad quodlibet illoꝝ. ¶ Septima suppositio est qñ aliquid componitur ex duobus inequalibus. illud compositum est plus q̄ duplum ad min⁹. ⁊ minus q̄ duplum ad maius. Exemplū tripedale componitur ex pedale ⁊ bipedale. ⁊ est plus q̄ duplum ad pedale. ⁊ minus q̄ duplum ad bipedale. quod est maius.

¶ Est ⁊ vna suppositio si fuerint quattuor quantitates proportio‑nales adinuicem. si fuerit prima illarum maxima. ⁊ vltima istarum minima. primam ⁊ vltimam pariter acceptis. ceteris duobus ma‑iores necesse est esse.

¶ Iste aūt quinqꝫ p̄ie suppōnes sunt ꝓbate ꝑ euclidē. ⁊ due vltime satis patent ꝑ rationem.

Prima cōclusio est hec. Si sint tres termini ꝓportionales proportionalitate geometrica. ⁊ primus terminus est maior secundo. secundus maior tertio. ⁊ si fuerit proportio maioris inequalitatis ꝓportionalitate geo. vt vnū ad duo. duo ad tria. pro‑portio primi ad vltimū est precise dupla ad ꝓportionē primi ad secū‑dum. ⁊ secundi ad tertiū. Et hoc ꝓbatur. ⁊ capio istos tres termi‑nos. viij. iiij. ⁊. ij. tunc arguitur sic. inter octo ⁊ quattuor. est propor‑tio dupla. ⁊ inter duo ⁊ quattuor est eadem proportio. ergo ille ꝓ‑portiones sunt similes. consequentia patet per primam suppositio‑nem. Tunc arguitur sic. per secundā suppositionē. qñ sunt tres ter‑mini ⁊c. ⁊ hic sunt tales tres termini. ergo ꝓportio primi ad vltimū componitur ex illis. ⁊ isti sunt equales vt ꝓbatum est. ergo compo‑nitur ex duobus equalibus. ergo est dupla ad quodlibet illoꝝ. con‑sequentia tenet per sc̄dam suppositionem.

Secūda cōclusio est hec. Si sint quattuor ter‑mini ꝓportionales ꝓportionalitate geometrica. ꝓportio primi ad vltimū est tripla ad ꝓportionē primi ad secundū ⁊c. Hoc probo sic ⁊ capio istos quattuor terminos. viij. iiij. ij. ⁊ vnū. Tunc sic. hic sunt quattuor termini ⁊ primus est maior secundo. secundus maior ter‑tio ⁊c. ergo ꝓportio primi ad vltimū componitur ex illis. ꝯña tenet per tertiam suppositionē. sed equalis est proportio primi ad secun‑

dum. et sic de aliis ergo proportio primi ad vltimũ cõponitur ex tribus equalibus et per cõsequẽs est tripla ad quẽlibet istarũ. consequentia tenet p̃ sextã suppõnẽ. ¶ Et si sint quinq̃ termini, ꝓportio primi ad vltimũ est quadrupla ꝛc. et sic in infinitũ.

¶ Tertia conclusio est hec. Si fuerint tres termini. ꝛ primus fuerit plus q̃ʒ duplus secũdi. secũdusq̃ equaliter duplus tertii proportio primi ad tertium. erit minor q̃ʒ dupla ad ꝓportionẽ primi ad secundum et maior q̃ʒ dupla ad ꝓportionẽ secundi ad tertium. Hoc probo sic. et capio istos tres terminos. sex/duo/vnũ Tunc arguo per secundã suppõnem. Si sint tres termini ꝛc. sʒ hic sunt tres tales termini. ergo ꝓportio primi ad vltimum componitur ex illis. sed maior est proportio primi ad secundũ. q̃ʒ secundi ad tertium. ergo proportio primi ad vltimum componitur ex duobus inequalibus ergo est plus q̃ʒ dupla ad minus. et minus q̃ʒ dupla ad maius. cõsequentia tenet per septimam suppositionem. sed maior est proportio primi ad secundum q̃ʒ secundi ad tertiũ. ergo proportio primi ad vltimum est minor q̃ʒ dupla ad ꝓportionẽ primi ad secundũ. et maius q̃ʒ dupla ad proportionem secundi ad tertium. sʒ proportio primi ad vltimũ est ꝓportio sextupla ꝛ ꝓportio primi ad secundũ est proportio tripla. ꝛ proportio secundi ad tertiũ est dupla ergo ꝓportio est minor q̃ʒ dupla ad ꝓportionem triplam et maior q̃ʒ dupla ad ꝓpositionẽ duplam.

Quarta cõclusio est hec. Si fuerit primũ equaliter duplum secundi. fuerit secundum maius q̃ʒ duplum tertii. ꝓportio primi ad vltimum erit minor q̃ʒ dupla ad ꝓportionem secundi ad tertium. probatur sic. et capio istos tres terminos. sex/tria/vnũ Tunc arguo per secundã suppositionẽ. si sint tres termini ꝛc. sʒ hic sunt tales tres termini. ergo ꝓportio primi ad vltimum cõponit ex illis. sed maior est proportio secundi ad tertiũ q̃ʒ primi ad secundũ ergo cõponitur ex duobus inequalibus. et per cõsequens est plus q̃ʒ dupla ad minus et minus q̃ʒ dupla ad maius. sed maior est proportio secundi ad tertium q̃ʒ primi ad secundum. ergo ꝓportio primi ad vltimum est minor q̃ʒ dupla ad ꝓportionem secundi ad tertium. sed proportio primi ad vltimũ est proportio sextupla. et ꝓportio primi ad secundum est proportio dupla. et proportio secundi ad tertium est ꝓportio tripla. ergo proportio sextupla est minor q̃ʒ dupla ad proportionẽ triplam ꝛ maior q̃ʒ dupla ad proportionẽ duplã

Quinta conclusio est. Si fuerit primũ minus q̃ʒ duplũ secundi. fuerit q̃ʒ secundus equaliter duplũ tertii. proportio primi ad vltimũ erit maior q̃ʒ dupla ad proportionem primi ad secundũ et minor q̃ʒ dupla ad proporti onem secundi ad tertiũ. Hoc probatur. et capio istos tres terminos. sex/quattuor/duo/ Tunc ar

guo per secundam suppositionem. si sint tres termini ⁊c. sed hic sūt
tales tres termini ergo propositio primi ad vltimū componitur ex
illis. sed iste proportiones sunt inequales. ergo proportio primi ad
vltimum componitur ex inequalibus ergo est plus ꝙ dupla ad mi
nus. et minus ꝙ̄ dupla ad maius. sed maior est proportio secundi
ad tertium ꝙ̄ primi ad secūdum. ergo ꝓportio primi ad vltimū est
maior ꝙ dupla ad ꝓportionē primi ad secundū ⁊ minor ꝙ̄ dupla ad
ꝓportionē secundi ad tertiū. ⁊ sic tripla maior est ꝙ̄ dupla ad sex q
alterā minor ꝙ̄ dupla ad ꝓportionē duplā ⁊c. vt patz intuenti. ꝗ ⁊c.

Sexta cōclusio est hec Si fuerint tres termini

quorū prim⁹ est duplus ad scdm fueritqꝫ scd's minus ꝙ̄ scd's ad ter
tium ꝓportio primi ad vltimū erit maior ꝙ̄ dupla ad ꝓportionē se
cundi ad tertiū. ꝓbatur sic et capio istos tres terminos. viij. iiij. iij.
tunc arguo ꝑ scdam suppōnē. si sint tres termini ⁊c. sz hic sunt tres
tales termi. ꝗ ⁊c. sed ille sunt inequales. ꝗ ꝓportio primi ad vltimū
cōponitur ex inequalibus duobus. ꝗ ⁊c. Sed maior est ꝓportio pri
mi ⁊. ij. ꝙ̄ scdi ad tertiū. ⁊ ꝓportio primi ad vltimū est dupla supbi
partiēs tertias ⁊ ꝓportio primi ad scdm est dupla ⁊ scdi ad tertiū
sexqꝫ tertia. ꝗ ꝓportio dupla supbipartiēs tertias ē maior ꝙ̄ dupla
ad sexqalterā et minor ꝙ̄ dupla ad ꝓportionē duplam.

Septima cōclusio ē hec. in ꝓportiōe equalita/

tis nulla ē maior nec minor ꝓportio equalitatis. ꝓbat. q2 oēs ꝓpor
tiones eq̄litates sunt equales. ꝗ nulla ē alia maior neqꝫ mior nec ꝓ
portio ineq̄litatis ē maior eq̄litatis ꝓportiōe. q2 nō ꝓportio minoris
nec maioris inequalitatis. et omnis ꝓportio inequalitatis aut est
minoris inequalitatis aut maioris inequalitatis. ꝗ conclusio vera.
ꝓbatū autē est nunc ꝙ ꝓportio equalitatis ꝓportione equalita
tis nō est maior neqꝫ minor. Jam ꝓbatur ꝙ ꝓportio maioris ineq̄
litatis nō erit maior ꝓportione equalitatis nec minor. quia si sit ma
ior ꝗ ꝓportio que est inter quattuor et vnū est dupla ad ꝓportionē
que est inter. ij. et. ij. et cū arguit sic. ꝓportio. iiij. ad. i. ē dupla ad ꝓ
portionē scdi ad scdm. ergo proportio. ij. ad. ij. est subdupla ad istam
et proportio dupla ad vnum. est subdupla ad eam. ergo ille propor
tiones sunt equales. ij. ad. ij. ⁊. ij. ad. i. consequentia patet per primā
suppositionē. ¶ Tunc arguit sic. ille proportiōes. ij. ad. ij. et. ij. ad. i.
sunt equales et antecedentia sunt equalia. et ꝯñtia se habent ineq̄
li proportione ad sua ꝯña. ergo ꝯña sunt equalia. sed illud est īpossi
bile. ergo illud ex quo sequit. Jam probat ꝯtra ꝙ ꝓportio equali
tatis nō sit maior ꝓportiōe maioris inequalitatis q2 si sic ꝗ ꝓportio
iiij. ad. iiij. ē dupla ad ꝓportionē. ij. ad. i. tūc arguit sic. ꝓportio. iiij.
ad. iiij. ē dupla ad ꝓportionē. ij. ad. i. et proportio. ij. ad. i. ē dupla ad
tā. ergo iste ꝓportiones. iiij. ad. iiij. et. ij. ad. i. sunt equales et ꝯñtia
sunt equalia et antecedentia se habētinequali proportione ad ꝯña

ergo ꝯña sunt equalia. ergo .iiij. et .i. sunt equalia quod est impossibile. ergo illud ex quo sequitur.

Jam arguo ꝙ ꝓportio minoris inequalitatis non sit maior proportione equalitatis nec minor et primo probo ꝙ non sit maior. quia si sic ꝓbatur ꝙ ꝓportio vniꝰ ad duo est dupla ad proportionē vnius ad vnū. ergo proportio vnius ad vnū est subdupla ad eam. et proportio vnius ad .iiij. est subdupla ad eā ergo ille ꝓportiones vnius ad .iiij. et vnius ad vnū sunt equales. cōsequētia tenet vt prius. et tunc ille proportiones sunt equales et antecedentia sunt equalia et aña se habent in equali proportione ad sua ꝯña ergo sua ꝯña sunt equalia. ergo quattuor et vnum sunt equalia. ꝯñs ē impossibile. ergo illud ex quo sequitur.

Jam ꝓbatur ecōtra ꝙ ꝓportio equalitatis nō sit maior proportione minoris inequalitatis et arguitur sic. et ponatur ꝙ proportio vnius ad vnū sit dupla ad ꝓportionē vniꝰ ad quattuor tunc arguitur sic. proportio vnius ad vnū est dupla ad proportionē vnius ad duo. et proportio vnius ad duo est dupla ad eā. ergo iste ꝓportiōes sunt equales vnius ad vnū. et vnius ad duo ꝯña tenet sicut prius et aña sunt equalia et aña se habent in equali proportione ad sua ꝯña. ergo sua ꝯña sunt equalia ergo duo et quattuor sunt equalia quod est impossibile ergo illud ex quo sequitur. quinimā sequitur conclusionem esse verā per quālibet eius parte. ❡ Sed contra istam cōclusionē arguo sic et capio istos tres terminos. sex quattuor sex. tunc per secundā suppositionē proportio primi ad vltimum cōponitur ex proportione primi ad .ij. et .ij. ad .iij. et omne cōpositum quacunqꝫ parte ipsius est maius. ergo proportio primi ad vltimū ē maior proportione primi ad duo et etiā duo ad tres et proportio primi ad vltimū est proportio equalitatis. et proportio primi ad .ij. est proportio maioris inequalitatis. et proportio .ij. ad .iij. est proportio minoris inequalitatis. ergo proportio equalitatis est maior proportione maioris inequalitatis. et etiā minoris inequalitatis.

Pro illo dicit ꝙ scđa suppō intelligit. prout ipsa ibidē inscribit. et hoc est si primus terminus est maior secundo. et secundus maior tertio. sed sic non est in proposito. ❡ Aliter cōtra eandē conclusionē arguitur sic. et capio istos tres terminos. sex quattuor. et quattuor. tunc arguo ꝑ quintā suppōnē maior est proportio inter sex et quattuor. quā inter quattuor et quattuor. et ꝓportio sex ad .iiij. ē proportio maioris inequalitatis. et ꝓportio quattuor ad quattuor ē proportio equalitatis. ergo proportio maioris inequalitatis ē maior proportione equalitatis. Pro isto dicitur ꝙ quinta suppositio intelligitur de duobus inequalibus cōparatis ad aliquod tertium in eodem genere sed sic nō est hic.

Tertio contra istã cõclusionẽ arguitur sic. Et capio istos tres terminos. sex. sex. sex. tunc p primã conclusionẽ adiũcta scõa suppositione ꝓportio primi ad vltimũ est dupla ad q̃libet eax. ergo vna ꝓportio equalitatis alia est maior. Pro illo dr̃ q᷑ prima cõclusio est vera vbi est ꝓportio maioris inequalitatis primi ad scđm. ⁊ scđi ad tertiũ. ⁊ intellectus scđe suppositionis pz ex predictis. ⁊ sic cessat obiectio. ¶ Hic sequitur de quinta opinione geometrica. suppõ est q᷑ nulla ꝓportio maioris inequalitatis ꝓportione minoris est maior vel minor. Ista sicut precedẽs. ꝓ impossibile declarabis ⁊ deduces ad hoc impossibile. s. q᷑ aliqua ꝓportio maioris inequalitatis ⁊ aliqua minoris sunt equales ⁊ ꝑ ꝯñs aliqđ ⁊ min᷒ illo adinuicẽ adequatur qđ est impossibile.

Sequitur iam quarta pars huius tractatus in qua determinatᷓ penes q̃d habet velocitas in motubus attendit diuersas opiniones pertractãs. quarum prima est hec. ⁊ ponit velocitatem in motub᷒ sequi excessum potentie motoris ad potentiã rei mote. hoc est si sint due potentie ⁊ due resistentie ⁊ per maiorẽ excessum excedit prima potentia suam resistentiam q̃ .ij. ad suam. tunc maiori velocitate mouet prima potentia suam resistentiam q̃ .ij. suam. Exemplũ. vt si A sit vna potentia vt octo. ⁊ B sua resistentia vt quattuor. C vna alia potentia duo. D sua resistentia vt vnum. tunc per istam opinionem in quadruplo maiori velocitate mouet prima potentia suam resistentiam q̃ secũda suam. quia in quadruplo per maiorem excessum excedit prima potentia suam resistentiam q̃ secunda suã. Prima enim excedit suam resistentiam per quattuor ⁊ .ij. per .i. ⁊ excessus vt quattuor est quadruplus ad vnũ. ergo in quadruplo maior est excessus prime potentie ad suã resistentiã q̃z duo ad suam.

Pro ista opinione videtur esse philosophus secundo de celo in fine. vbi vult q᷑ proportionaliter ꝭm equipollentias cõtingit mouere id est ꝭm excessus. ⁊ ex dictis autoris septimo phisicoꝝ cõmento. xxxv. vbi dicit q᷑ velocitas ꝓpria vniuscuiusq; motus sequitur excessum potentie motoris super potentiam moti.

Ista tamen opinio multis modis destrui potest. Contra quam opinionem arguitur sic. Data ista opinione sequitur q᷑ aliquo motore potentie motiue mouetur aliquod mobile potentie resistentie per aliquod spacium in aliquo tempore medietatis motoris non moueret medietatem moti per equale spacium i equali tempore. sed totum per medietatem spacij. quia totus motor vel tota potentia motiua excedit totum motũ vel totam resistentiam per totum excessum. sed medietas motoris excedit motionez

motū per medietatem excessus. ergo in duplo velocius penes hāc opinionem mouetur totus motor cum tota resistentia q̄ʒ medietas motoris cum medietate resistentie. ergo in equalitatem partis totus motor mouetur tantam resistētiam per totum spacium in quo tempore medietas motoris mouebit motum resistentie totum per medietatem spacij. Et falsitas patet per Aristotelē septimo phisicoꝝ. vbi dicit in fine ꝛ probat hanc conclusionem. Si aliqua potentia moueat ad mobile per aliquod spacium in aliquo tempore inequaliter mouebit inequaliter per idem spacium in equali tempore. Dicit enim ꝙ ita esse habet ꝛ ſm eandē proportionem inequalitatis ad medietatem sicut totum ad totum. ergo motus sunt equiuoces. Secundo data ista opinione sequitur ex duobus motoribus diuisim mouentibus duo mobilia per equale spacium in equali tēpore secundū duo motores non mouerunt coniunctim ista duo mobilia coniuncta per equale spacium in equali tempore. Sed per secundum spacium consequentia tenet. quia excessus istorum duorū coniunctorum adinuicem duo mobilia coniuncta est duplus ad excessum vnius motoris istorum super suum mobile vbi ergo in numeris quibus binarius excedit vnitatem per vnitatem. Duo autē binarij qui quaternarium constituunt excedūt duplas. duplas vnitates que existunt illa qualitas per equalitatem que est dupla ad excessum binarij super vnitatem. ꝛ ita est in omnibus alijs vbi dupla excessa a dupla excessibus equaliter extenduntur. Et falsitas istius conclusionis patet per Aristotelem secundo phisicorum vbi prius probat hanc conclusionem. Si due potentie diuisim mouent duo mobilia diuisa per equalia spacia in equali tēpore. iste due potentie coniuncte mouebunt ista duo mobilia coniuncta per equale spacium in equali tempore. sicut enim se habet motus compositus ad motū compositū. sic motus simplex ad motū simplicem.

¶ Tertio cōtra hanc opinionem arguitur sic.

Data illa opinione sequitur ꝙ ex proportione geometrica sunt similis. nature proportionū motoris ad sua mota non sequitur equalitas velocitatum motuū. ꝛ hoc quia non est ibi equalitas excessū. eadem enim proportio est duo ad vnum. ꝛ sex ad tria. excessum tantum vnius est vnitas. ꝛ excessus alterius est ternarius. ꝛ illud est directe contra Aristotel. vij. phisicoꝝ in fine ꝛ in multis alijs locis. vbi semper ex equalitate proportionum motoris ad sua mota arguit velocitatem in motubus. nec potest dici ꝙ Aristotel. intendit ꝓpter proportiōem proportionalitate arithmetrica vbi est equalitas excessum. vt dicunt quidem. Secundo enim phisicoꝝ probat philosophus scdam conclusionē. Si aliqua potentia moueret aliqđ mobile per aliquod spacium in aliquo tēpore inequalitas motoris mouebit medietatem moti per equale spacium inequaliter. quia sic se

habebit ꝛ scḋm eandem proportionem inequalitas ad inequalitatē. sicut totus motor ad totum motum.

SEquitur de quinta opinione que est vera Et ponit ꝙ velocitas motus sequitur ꝓportionem geometricam.

¶ Sententia illius opinionis est hec. Si sint due potētie ꝛ due resistentie ꝛ maior est proportio inter primam potentiam ꝛ suā resistentiam ꝙ inter secundā ꝛ suam resistentiam. velocius mouebitur prima potentia ad suam resistentiam ꝙ secunda ad suam resistentiam. sicut vna ꝓportio est alia maior. ita vna velocitas est alia maior. Exemplū. Sit A vna potentia vt octo. B sua resistentia vt duo. sit C vna potentia vt quattuor. D vna resistentia vt duo. moueat A cum B ꝛ C cum D. tunc ꝑ illam opinionem in duplo velocius mouebit A cum B ꝙ C cum D. quia in duplo est maior proportio inter a ꝛ b ꝙ inter c ꝛ d. illa opinio patet per Aristotel. vij. phisicorū. ꝛ vbi dicit velocitas motus sequitur ad quantitatis proportionem ideo si fuerit proportio maior tanto velocior erit motus. ꝛ quandocunqȝ erit proportio minor. tanto motus erit tardior per Aristotel. vij. ꝛ cōmentato. iiij. ꝛ. viij. Ex duplicatione proportionis potentie motoris ad motum arguit duplationem velocitatis in motu sic dicēs. Si proportio potentie motoris ad motum sit dupla illius ꝓportionis. sic velocitas erit dupla ad aliam velocitatem. ergo ꝛc.

Preterea non videtur alia positio qua pōt rationaliter saluari proportio velocitatū in motibus nisi aliqua dictarum quinqȝ. quattuor prime sunt destructe. tantū ergo remanet quinta vera. sic ergo patet conclusio ꝙ ꝓportio velocitatum in motibus sequitur ꝓportionem geometricam ꝛc.

Iuxta illam opinionem sunt cōclusiones plures concedende. Quarum prima est hec.

¶ Si sit vna potentia ꝛ se habeat in ꝓportione dupla ad suā resistentiam duplata potentia stante resistētia duplicabit ꝛ motꝰ. Hoc ꝓbo sic. Et sit A vna potentia vt octo. B vna potentia vt quattuor. C vna resistentia vt duo. Tunc ꝑ illam cōclusionē si fuerit ꝓportio maioris inequalitatis primi ad scḋz. ꝛ. ij. ad. iij. ꝛc. sed hic sunt tales tres termini ꝛ equalis ꝓportio primi ad scḋm. ꝛ secundi ad tertiū: ergo ꝓportio primi ad vltimum est dupla ad quālibet earū. ꝛ motus sequitur ꝓportionem. ergo in duplo mouebitur velocius A cū C ꝙ B cum C. sed si. viij. dupletur tanta velocitate B cum C sicut A nunc mouetur cum C. ergo conclusio vera.

Secunda conclusio est hec. Si aliqua potētia

se habeat in proportione dupla ad suam resistentiam in duplo velocius sufficit illa potentia moveri cum medietate illius resistentie q̄ cum tota resistentia. Hoc probatur sic. sit A vna potentia vt octo. B sua resistentia vt quattuor. et C alia resistentia vt duo. Tunc arguo per primam conclusionem. Si fuerit ꝓportio maioris inequalitatis primi ad secundū. secundi ad tertiū etc. sed hic sunt tales tres termini. ergo ꝓportio primi ad vltimū est dupla ad quālibet illarū. et motus sequitur ꝓportionem. ergo in duplo velocius sufficit A moveri cum C q̄ cum B. et C est medietas B. ergo conclusio vera.

Tertia conclusio est hec. Si fuerit aliqua potētia se habens in maiori ꝓportione q̄ dupla ad resistentiam. duplicata potentia stante resistentia. non duplicabitur motus. Probatur ista conclusio sic. Sit A vna potentia vt sex. B sua resistentia vt duo. C vna potentia vt duodecim. tunc arguo per quartam conclusionem secunde partis. scilicet si fuerit primum equaliter duplum. secundi. fuerit q; secundū maius q̄ duplum tertij etc. sed sic est in ꝓposito. ergo ꝓportio primi ad vltimum est minor q̄ dupla ad ꝓportionem secundi ad tertium. sed motus sequitur ꝓportionem. ergo non ī duplo velocius movebitur B cum C q̄ A cum B. sed cum sex. i. a. duplicatur. tunc tāta velocitate sufficeret a moveri cū b. sicut c nūc sufficit moveri cum b. ergo conclusio vera.

Quarta cōclusio est hec. Si fuerit vna potētia se habens in maiori ꝓportione q̄ dupla ad suā resistētiā nō ī duplo velocius sufficit ista potentia movere cū mediante illius resistentie q̄ cū tota illa resistētia. Hec cōclusio ꝓbatur sic. sit a vna potētia vt sex. b sua resistentia vt duo. c alia resistentia vt vnū. tunc arguitur p tertiā conclusionē tertie partis. Si fuerit primū maius q̄ duplū secundi. fuerit q; secūdum equaliter duplū tertij etc. sed sic est in ꝓposito. ergo ꝓportio primi ad vltimū erit minor q̄ dupla ad ꝓportionē primi ad secūdum. sed motus sequitur ꝓportionē. ergo nō in duplo velocius sufficit a movere cū b q̄ c. et c est medietas b. ergo conclusio vera.

Quinta cōclusio est ista. Si sit vna potentia se habens in minori ꝓportione q̄ dupla ad suā resistentiam duplata potentia stante resistentia plus q̄ duplo velocius erit motus. Hoc ꝓbatur sic. sit A vna potentia vt sex. B sua resistentia vt quattuor. C alia potentia vt duodecim. tunc arguo per sextam conclusionem tertij partis si fuerit primū duplū secundi. et secūdum minus q̄ duplū tertij. ꝓportio primi ad vltimū erit maior q̄ dupla ad ꝓportionē. ij. ad. iij. et minor q̄ dupla ad ꝓportionē primi ad secūdum. sed motus sequitur ꝓportionē. ergo plus q̄ duplo velocius movebit C cū B q̄ A cū B. Sed si A duplaretur tanta velocitate sufficeret A movere cū B sicut C cum B. nunc sufficit. ergo cōclusio vera.

Sexta cõclusio est hec. Si aliquã potẽtia se habet in minore ꝓportione ꝙ dupla ad suã resistentiam plusq̃ in duplo velocius sufficit illa potentia mouere cũ medietate illius resistentie ꝙ cum tota resistentia. ꝓbatur sic. Sit A potentia vt sex. B sua resistentia vt quattuor. C alia resistentia vt duo. tunc arguo per quintam cõclusionem tertie partis. Si fuerit primum minus ꝙ duplum secundi. secundum equale duplum tertij. ꝛc. sed sic est in proposito. ergo proportio primi ad vltimum est maior ꝙ dupla ad proportionẽ primi ad secundũ. sed motus sequitur ꝓportionem. ergo plus ꝙ duplo velocius sufficit A mouere cũ C ꝙ cũ B ꝛ C est medietas B. ergo cõclusio vera

Contra istam opinionẽ arguitẽ sic. quia ex illa opinione videntur sequi tria incõuenientia. Primum est hoc ꝙ ex ꝓportionibus equalibus proueniunt motus inequales. ¶ Secundum est ꝙ ex minore proportione prouenit tanta velocitas quanta ex maiori. ¶ Tertiũ est hoc ꝙ ex minore proportione prouenit maior velocitas ꝙ a maiori.

Pro primo arguitẽ sic. Pono ꝙ a sit vna pura terra. cuius potentia sit octo B alia pura terra cuius potentia sit vt iiij. et pono ꝙ c et d sint duo aeres vniformiter ꝓportionabiles resistentes a b sit resistentia c vt duo resistentia d vt vnum. et pono ꝙ a pertranseat c et b d et sit c pedalis quantitatis. et d semipedalis quantitatis. tunc quero nunquid inequali tempore pertransibit a c sicut b d vel non. ꝙ sic probatur quia inequali proportione se habet a ad c sicut b ad d. ergo inequali tempore pertransibit a c. sicut b d et tamen plus a pertransibit q̃ꝫ b ꝛ ex proportionibus inequalibus mouebuntur. et sic primum inconueniens sequitur. ¶ Secundum incõueniens probo sic. maior est resistentia c quousq; a sufficit pertransire medietatem c in eodem tempore precise in quo b pertransibit totum b ꝙ est subdupla respectu ad illam Tunc sic. equalis est proportio a ad c sicut b ad d. et in fine maiorationis c resistentie minor erit ꝓportio a ad c. q̃ꝫ nunc est. c. resistentia. tunc erit maior q̃ꝫ nunc est. et tunc tanta proportio b. ad d. sicut nunc est. ergo in fine maiorationis proportio ad c erit minor q̃ꝫ proportio b ad d. Et motus a ad c erit eque velox cum b ad d. quia pertrãsibũt spacia equalia in tp̃e equali. ergo secundum incõueniens verum. ¶ Tertium incõueniẽs sic ostenditur minoretẽ resistentia quodãmodo nõ tamẽ ad equalitatẽ secunde resistentie in casu tunc minori erit adhuc proportio a ad c q̃ꝫ in secũdo casu. et ꝓportio b ad d tanta sicut in primo casu. et tanta fuit ꝓportio in primo gradu a ad c. sicut b ad d. ergo in isto casu est minor ꝓportio a ad c. q̃ꝫ b ad d. ꝛ mot⁹ a erit velocior

in casu illo ꝙ motus B. quia A nunc pertransibit plus ꝙ in secundo casu. et b tantū sicut in secundo casu. et a in scdo casu tantū sufficiebat pertransire sicut in b tempore equali. ergo a in casu illo sufficit plus pertransire ꝙ b. et per ꝯsequens motus a erit velocior ꝙ motus b. et a mouebitur in C a proportione minore ꝙ b in D. ergo tertium inconueniens erit verū.

Pro illo dicitur ꝙ in tempore in quo B pertrāsibit D. A solum pertransibit medietatē. et tunc ad argumentū A se habet inequali ꝓportione ad C sicut B ad D. ergo inequali tēpore sufficit a pertransire c sicut b d. negetur consequētia. qꝛ aliqua se habere ad sua media est dupliciter. scꝫ in equali ꝓportiōe aut quātitate aut qualitate. ¶ Scdo modo ꝙ hoc verū ꝙ a se habet in eq̄li ꝓportione qualitatiue. hoc est ad medietatē sup suū mediū sicut b sup suū mediū. primo modo hoc est falsum ꝙ a se habet in equali ꝓportione quātitatiue super suum mediū sicut b super suū mediū. hoc est ad pertranseundū. qꝛ a in duplo magis pertransibit de spacio ꝙ b. ideo non sequitur ꝙ a in equali tempore sufficit pertrāsire C sicut B D. ergo etc.

Notandum est ꝙ nullus motus potest ꝓuenire a ꝓportione minoris inequalitatis aut equalitatis. sed a ꝓportione maioris inequalitatis. Qualitercunq̄ fuerit vnū mixtum grauius simplici pōt in eodē modo maiori velocitate et minori velocitate et equali velocitate mouere cū istis simplici pōt in eodē modo maiori velocitate et minori velocitate et equali velocitate mouere cū illo simplici. hoc probo sic. et sit A vnū graue mixtū cuius grauitas sit vt octo. et sua leuitas vt duo. et sit B vnū graue simplex cuius grauitas sit vt quattuor. et sit C vnū medium cuius resistentia sit vt duo. incipiant A et B mouere in C. tūc sic. tanta velocitate mouetur A in C sicut B in C. et ecōtra. qꝛ potētia A est vt octo sua resistentia intrinseca vt duo et sua resistētia extrinseca vt duo. tota resistentia est sicut quattuor. sed inter octo et q̄tuor est ꝓportio dupla. ergo A et B mouebuntur equaliter et eque velociter in illo medio. Et ꝓbatur ꝙ in minori velocitate potest A mouere in C ꝙ B in C. qꝛ diminuatur resistentia quousq̄ fuerit sicut vnū. tunc sic. A potentia erit sicut octo sua resistentia intrinseca sicut duo. et extrinseca sicut vnū. ergo tota resistentia erit. iij. sed iter viij. et iij. est proportio superbipartiēs tertias. Sed potentia B est sicut quattuor. sua resistentia sicut vnū. ergo B mouetur ex ꝓportione. iiij. sed A non tantū. ergo A minore velocitate mouetur A ꝙ B. et crescente resistentia vsq̄ ad. iij. mouetur A a maiori velocitate in C ꝙ B in C. et sic patet finis.

Finis.

¶ Finit Sophistarum libellus ad vsum Oxoniensiū feliciter

